3 exportã. † vbi dr qõ nõ dicitur morari in loco qui in motu est, ꝑ quo etiã facit tex. in. l. si chorus. ff. de lega. j. ꝑ que iura ⁊ similia Albe. in. d. l. si titius. dicit sepe se allegasse ad defensionẽ com munitatum stãte statuto qõ non deberent pati bannitos morari in suis ciuitatibus sub magna pena. Si bãniti trãsitum facerent per ciuitates illas nõ inciderẽt ꝓdicte ciuitates in penã statuti, ideo dicit idẽ Albe. in. d. l. si fundus. ff. de leg. iij. qõ appellatio ne eoꝝ q̃ sunt in fundo nõ ꝙtinent q̃ ibi posita sunt ad tps, nec pe cunia ibi posita gratia fenerãdi, ⁊ hoc qz nõ sunt ibi gratia ꝑpe
4 tui vsus. ¶ † Hic Bal. in. d. l. ex facto. circa fi. ff. de here. insti. querit qõ si qs legat vestes suas quas hz in domo vtrũ veniant he q̃ sunt extra domũ site si tñ erant destinate ad vsuz vxoris cui legabant. Et hãc dicit questionẽ disputatã fuisse ⁊ tandẽ deter minatũ qõ licet tales vestes fuissent extra domũ, tñ vidẽt eẽ in domo ꝓpter destinationẽ testatoris ⁊ finale eius ꝓpositum. Similiter in proposito si esset ꝙsuetudo, vt ſ. diximus. si pr̃fami lias cõmorans in ciuitate Parisien. haberet mobilia in ciuita te Turonen. nõ vt ibi ꝑpetuo essent ex quo sunt destinata talia mobilia vt redeant ad domũ ipsius patrisfamilias regulabũtur illa bona ſm ꝙsuetudinẽ Parisien. ⁊ nõ ſm ꝙsuetudinẽ Turo
5 nẽ. si ageret de succesſione in illis bonis. ¶ † Hec ẽt faciunt ad questionẽ motã ꝑ Bal. in. d. l. ex facto. ad finẽ. de scholari infir mo in aliqua vniuersitate ⁊ legante bona sua q̃ ibi hz vtrũ videa tur legasse libros suos. ⁊ dicit Bal. qõ vr dicẽdum qõ nõ, qz nõ ibi libros habet, vt ibi ꝑpetuo remaneant sed aio deportãdi ad domum. Et subiungit qõ doct. tenent qõ res qbus qs vtitur in vno loco ⁊ ꝓp eum vsum eas habet, nõ cẽsent eiusdẽ loci. ꝑ. l. de bitor. de pigno. ff. vbi dicit ꝑ illũ tex. ipsemet Bal. qõ si Papa
6 excõicaret oẽs cõmorãtes Perusij nõ intelligeret de aduenis recessuris. ¶ † Vide et Alberi. de rosa. in. d. l. ex facto. col. ij. ver. expeditis ꝯrijs, vbi dicit qõ si testator legat alicui oia q̃ ha bet in tali villa vident ea sola eẽ legata q̃ sunt ibi perpetuo, ⁊ ad perpetuum vsum nõ ad tẽpus, vide Alex. de imo. consi. vij. in. ij. lib. Adde nouissime Albe. Brunũ in suo tract. de statutis, ⁊ feminas ⁊ cognatoꝝ lineã a succesſiõe excludẽtibus, arti. viij. q. xxiij. in fine versi. vbi dicit predicta ꝙclusio illa de qua in pre cedẽti questione diximus, qõ bona existẽtia extra territoriũ cer te ꝙsuetudinis non ligãtur illa cõsuetudine, limitatur nisi illa bo na essent extra territoriũ ad tempus tantummodo mansura, qa censentur esse einsdẽ qualitatis cuius sunt bona extra territoriũ cõsuetudinis illius existẽtia ꝓpterea qz licet sint extra illud ter ritoriũ, sunt tñ ad illud destinata, per tex. in. d. l. ex facto. ⁊. l. j. ⁊ ij. C. de verb. sig. cũ aliqbus allegatis ꝑ eum. Et ꝑ hoc satis erit firmata resolutio supradicta Sali. ¶ Et ꝑ hanc conclusionẽ de bemus dictũ Pet. de anch. restringer de quo in ꝙsi. xxxvij. qõ citauimus in ꝓcedenti questione, vbi dicit qõ cõsuetudo Pari sien. qõ vxor lucret partẽ mediã mobiliũ si sit superstes viro, nõ debet intelligi in bonis existentibus extra territoriũ Parisien. hoc dictũ ergo erit sane intelligẽdum ſm hanc dist. Sali. vt di stinguamus inter bona destinata ad territoriũ Parisiẽ. vel an extra territoriũ ꝓpetuo sint ibi mãsura. ⁊ hec ẽt faciũt ad decla rationẽ cõsuetudinis Parisiẽ. que vult vt inter nobiles supstes consequat oia mobilia si nulli sint liberi, si aũt sint liberi mediaz partẽ habeat, vt arti. cxxxj. ipsius consuetudinis Parisiensis.

### SVMMARIVM

1 Primogenitura ex consuetudine territorij an trahatur extra territorium.
Jura ⁊ actiões an distinguant a bonis mobilibus ⁊ imobilibus.
2 Nomina debitorum an veniant legato castro.
Thesaurus in pecunia consistit.
3 Statutum de bonorum immobilium ⁊ mobilium confiscatione an capiat nomina debitorum.
4 Obligans omnia bona an videatur iura ⁊ actiones obligasse.
Jura ⁊ actiones an veniant rerum appellatione, item bonorum tertij generis.
5 Nomina debitorum nunqnid veniant in legato omnium bono rum, item vsufructu eorum.
Dictio bonorum, quid significet.
6 Nomina debitorum an regulentur secundum cõsuetudinem lo ci vbi pater est mortuus ⁊ habitabat. 11.
7 Jura incorporalia vbiqz videntur esse.
8 Fiscus deficiente herede habetur loco heredis.
9 Camera imperialis sola habet ius regale.
10 Actio quando censenda mobilis ⁊ quando immobilis.
12 Princeps habet voluntatem pro ratione.
13 Nomina debitorum an veniant appellatione pecunie.
Redditus annui an inter immobilia numerandi.

¶ Questio nona secundi libri.

1 o **Finde queritur** † quid de iuribus ⁊ actionibus, quia actio seu nomẽ debitoris spes est media inter mobi lia ⁊ imobilia. l. q̃ tuberonis. §. pen. ff. de pecu. l. q di uo pio.

no pio.§.in ven.ff.de re in.Et ideo dicit Lap.qsi.cccvj. de quo stati dicet in fine,qđ si qsuetudo de bonis mobilibus ⁊ imobilibus disponat,de istis actionibus,iuribus,⁊ noibus disponeꝛ nō vꝛ,⁊ maxime in istis qsuetudinibus q̄ exoꝛbitant a iure cōi, ⁊ iō in suis terminis sunt tenēde,⁊ nō extēdēde ad noia ⁊ actiones. Et sic dicit nō ob.qđ no.C.si aduersus transactionē.l.j.⁊ in anc. de rebus alie.§.vlti.⁊.l.monētiū.ff.de verb.sig. Adde Bal.in. l.j.ff.de sta.ho.in.ij.lectu. Adde duo cōsi. Oldr.vnū.clxiij.vbi
2 contuluit qđ † legato castro nō veniunt noia debitoꝝ p.l.vxorē. §.legauerat.ff.de leg.iij.⁊ expꝛessius in.l.gaius.in pꝛin.ff.de lega.ij.⁊ expꝛessissime in.l.si mihi menia.ff.de leg.iij. Nec dicit ip se in instrumētis pꝛopꝛie cadit distinctio ppetuitatis ad modum thesauri,q̄ fit in.l.si chorus.ff.de leg.iij.qꝛ thesaurus in pecunia cōsistit nō in instrumētis.l.nōnunq̄.§.thesaurus.ff.de acq. rerū do. Aliud est qsi.ccxix.vbi qsuluit Oldra.qđ si dñs Rex Frā cie dimisit pauperibus oia mobilia sua nō veniunt emēde aut pe ne incurse,sed trāseunt in successoꝛē in regno,⁊ qcludit ibi,quod nec sunt qd imobile sed vnū scōm genus qđ neutri extremoꝝ ce dit ſm.l.si ita qs.ff.de verb.sig.⁊ illud qsiliū est multū notādum
3 pꝛo noibus debitoꝝ.† Vide Car.de zaba.in cle.j.de reb.eccl. nō alie.col.iij.vsi.x.q̄ro.vbi dicit qđ si statuto caueat quod ho micide bona mobilia ⁊ imobilia qfiscant nō tenebunt noia. Ad de qđ vult Bal.Ang.⁊ Jmol.in.l.si qstāte.§.fi.in fi.ff.sol. ma. vbi dñt qđ publicatis bonis simpliciter sunt publicate actiones p illū tex.⁊ in.l.si maritus.eo.ti.secus si fuit pꝛolatū cū additio nibus mobiliū ⁊ imobiliū,vt.l.vxorē.§.si qcubine.ff.de leg.iii.cū alijs allega.p eū.⁊ ita dicit tenere Guil.de Suza.⁊ not.in Spe cu.sub tit.de fruc.⁊ interesse.ad qđ vide Ludo.ro.qsi.lxxiij.⁊. xciij.Et ita ergo lz appellatione bonoꝝ mobiliū vel imobilium nō veniant noia debitoꝝ siue actiones,tñ appellatione simplici
4 ter bonoꝝ veniunt noia ⁊ actiōes. C † Adde Bar.in.l.v.§.ar gēto.ff.de auro ⁊ argen.vbi q̄rit vtrū obligans bona oia videat obligare iura ⁊ actiones,⁊ refert glo.dicētē qđ nō,ſm quosdaz in.l.heredē.ff.de here.actio.⁊ Spe.in ti.de fru.⁊ interesse.§.j. versi.scōo q̄ro. C Sed dicit Bar.qđ in q̄riū est veritas,qꝛ cuz dico oia bona mea intelligit ēt de actio.vt.l.nā qđ.§.fi.cū.l.seq. ff.ad trebel.⁊.l.legata.§.j.eo.ti.⁊.l.monētiū.ff.de vbo.sig. Et ita firmat glo.in.d.l.heredē.⁊ p eadē iura tenet qđ donās oēs res suas vꝛ actiones dare q̄ By.in.l.nois.ff.de verbo.signifi.⁊ Guil.in.l.j.ff.de sta.homi.⁊ dicit qđ predicti doct.tenent q̄ ca sum.d.nā qđ.§.fi. Vide ēt Bal.in vtraq̄ lectura in ea.l.j.bar.
5 in.l.vxoꝛi mee.vbi expꝛesse no.p illū tex.qđ † qñ quis legat oia bona sua veniunt noia debitoꝝ. Vide Bal.qsi.ccij.in.j.volu. Adde ēt Bal.i.l.j.C.de vsufru.ad pꝛin.vbi dicit qđ legato vsu fructu bonoꝝ veniunt noia debitoꝝ,⁊ hoc siue dicat lego vsum fructū bonoꝝ meoꝝ,siue dicat lego vsumfructū bonoꝝ sine vlla adiectiōe,siue dicat,lego vsumfructū reꝝ ad me ptinētiū.Et ita tenet ibi Sali.Sed And.barba.i addi.ad Bal.ibidē dicit se alꝛ qsuluisse p tex.quē dicit singularem in.l.fi.ff.quoꝝ bono.vbi pꝛobat qđ verbū bonoꝝ significat possessoꝛē,sed noia debitoꝛuz nō possidēt,ergo ⁊c. Sed miroꝛ de Barba.qꝛ tex.ille vꝛ vel le potius q̄riū qꝛ distinguit bona coꝛpoꝛalia ab incoꝛpoꝛalibus. Item etiā hoc est de directo contra tex.in.l.pꝛinceps.⁊.l.bono rum.ff.de verbo.signi.Et ideo tene cū Bar.vbi.s.quod appel latione bonoꝛum simpliciter continentur nomine ⁊ actiones.

6 **His pro** euidentia huius questionis ꝓsuppositis† q̄rit vtrū noia debitoꝝ patrisfamilias decedentis regulabunt ſm qsuetudinē vbi defunctus est moꝛtuus ⁊ habita bat,vel ſm qsuetudinem vbi moꝛātur debitoꝛes pꝛesuppoſito di scrimine inter qsuetudines circa ius pꝛimogenituꝛe in istis no minibus ⁊ actionibus. C Sali.in.d.l.j.col.viij.dicit qđ siue cō petat actio ad mobilia siue ad imobilia, i dubio statutū oꝛiginis seruandū est,qꝛ actiones ⁊ noia cū extero q̄cta nō sunt bona ex tra territoꝛiū sita cū nō occupent locū sed sunt iura pſone cohe rentia eius ossibus affixa.l.ij.ff.pꝛo socio.⁊ in qcernentibus pſo nā poꝛioꝛ est locus oꝛiginis.l.libertis.§.pscripto.ff.ad municipa les. Tū qꝛ censent extra territoꝛiū vbi est pſona, licet nō sint in loco.l.gaius.in pꝛin.cū cōcoꝛdātijs ibi positis.ff.de lega.ij.licet quātū ad onus administrationis ⁊ curā ⁊ sollicitudinem q̄cūq̄ cēseant ex patrimonio loci celebꝛati q̄ctus vel vbi est fienda exa ctio.ff.de admini.tut.l.titiū ⁊ meuiū.§.tutoꝛis.⁊.l.quero.ff.de so lutio. Ecce qđ dicit Sali.in hoc pūcto. Ly.in.l.cū qstet.C.que res pigno.obliga.pñt.l.illā inducit ad questionē bāc satis con gruā pꝛoposito. Pone dicit qđ epꝰ Bononiensis habet de cō suetudine qđ ipse debeat habere oia bona clericoꝝ intestatoꝛuz que habent Bononie tēpoꝛe moꝛtis. Modo quidam clericus scholaris decedit ibi intestatus q habet instrumentū Bononie in quo est obligatus sibi quidam Flozentinus vel alius qui est in alijs partibus,nunquid epꝰ habebit istud instrumentū? Et ar guit qđ sic,p illū tex.qꝛ q obligat instrumētū vꝛ ⁊ obligare res i instrumēto cōtētas,vt ibi determinat in q̄cordātijs ibi allegatis p eū. Jn q̄riuꝫ qđ epꝰ virtute talis qsuetudinis nō possit istud debitū qsequi,arguit p tex.in.l.gaius seius.in pꝛin.ff.de lega.ij. ⁊ p ea q̄ notant in.l.seruum filij.§.eū qui.in glo.in versi.aliqñ.ff. de lega.j.subiūgit qđ hāc partē negatiuā tenuit Petrus,arg. d.l.gaius.⁊ nihil aliud certitudinaliter resoluit. C Reperio ēt Lap.in consi.xxxvj.qđ interserit cū allega.lxxx.col.ij.in fi.di cit quod vꝛ q̄ noia debitoꝝ nō debeant dici localia,sed sunt vbi
7 cunq̄ locoꝝ.l.si fideiussoꝛ.§.q̄ctu.ff.de iudi.† Jura enim q̄ sunt incoꝛpoꝛalia vbiq̄ vident esse.l.fi.C.de pꝛescrip.lōgi tēpo. Tñ contrarium qcludit,qꝛ imo noia debitoꝝ ad eū locū ptinent vbi exactio de iure ⁊ facto fieri pōt,vt si ibi est collata solutio ⁊ ibi reperiat debitoꝛ.l.ex facto.§.reꝝ.ff.de heredi.institu.⁊.d.l.que ro.ff.de solutio. Nō obstat quod noia nō sunt in loco veꝝ est cir cunscriptiue, sed p effectum exactionis sunt in loco,ergo debitū mercatoꝛum Flozentinoꝝ in Jtalia contractum soluendū in Jta lia annumeratur bonis Jtalicis,contractum vero ⁊ soluendum in Anglia cōnumeratur patrimonio Anglicano.sunt verba foꝛ ma.Lappi vbi supꝛa. C Reperio deinde Alex.consi.xxxj.in. j.volu.vbi facit questionē satis conforмem nostre. Questio est. Quedaz mulier q̄ habitauit in aliquo loco certo p spaciuм.xij. annoꝝ ⁊ vltra,ibi decessit ab intestato sine heredibus,ideo do minus dicti loci habens ibi regalia iura vendicabat omnē suc cessionē mobiliū ⁊ immobiliuм ibi existētium. Et cum hoc erat ibi quidā debitoꝛ defuncte qui habitabat in alio loco,vbi etiam erat alius dominus habens regalia,querebatur vtrum istud de bitū esse dandum illi dño in cuius territoꝛio habitabat iste debi toꝛ vel alteri.Et pꝛimo arguit qđ nō dño loci in quo mulier diu habitauit p decisio. Petri ⁊ Bal.in.l.ex facto ꝓponebat.ff.de heredi.instituen.vbi qcludunt quod si aliqs habeat bona in di uersis territoꝛijs,quoꝝ quodlibet habet diuersam bursam fiscā lē ⁊ distictam ⁊ delictum cōmiserit taliter pp quod oia bona sua
8 vbicunq̄ sita publicent † vnusquisq̄ fiscus occupat bona sui ter ritoꝛij,qꝛ tunc habet loco heredis.l.tutoꝛis.C.ad.l.iuliam de vi publi.⁊.l.j.C.de bonis q̄ libe.l.nō intelligitur.§.cum ex causa.ff. de iure fisci.l.recusare.§.si fisco.ff.ad trebel. Et sic qlibet fiscus aget q̄ debitoꝛes sui territoꝛij sicut de duobus tutoꝛibus dꝛ, quo rum est administratio diuersa p certa territoꝛia,qꝛ vnus non se ipediet de eo quod qcernit territoꝛiū alterius.l.inter tutoꝛes.ff. de admi.tuto.l.q̄ro.ff.de solutio.Et ita fisci isti habebunt tanq̄ diuersi heredes.l.si certaꝝ.§.j.ff.de testa.cū alijs allegatis p eū. Tñ nō sunt coheredes nec inter eos hz locū ius accresc̄di p.l. quoties.⁊ ibi Bar.ff.de noua.cū allegatis p eū,faciunt q̄ dixi mus.s. C Scōo monet,qꝛ de nominibus debitoꝝ existentiū in aliquo territoꝛio iudicādum est,vt de bonis alibi situatis,p tex. in.l.tuto.§.heredes.ff.de admi.tut. C Tertio monet,fiscus ter ritoꝛij in quo habitauit nō habet hoc ius regale nisi ex pꝛiuile
9 gio,† qꝛ de iure sola camera imperialis habet istud ius.l.j.C.de bonis vacāti.lib.j.cū pluribus allegatis p eū,ergo cum ex pꝛi uilegio habeat nō extendet ad ea que sunt extra territoꝛiū suū, iuxta ea que notata sunt.s.argu.l.j.C.de summa trinitate.

**Sed contrarium** tenet ibi Alex.dicens esse pꝛobabiliozem sententiam. Pꝛimo p auto.Bal.in.l.mercatoꝛes.C.de commercijs ⁊ mer catoꝛibus,vbi dicit p illum tex.quod impatoꝛ cōfiscat bona mo bilia subditoꝛum existētia extra territoꝛiū suum,⁊ non imobilia. Ratio assignat,qꝛ mobilia cōcernunt personā illius cuius sunt, immobilia vero concernunt territoꝛiū.Et ita aliud in bonis mo bilibus ⁊ aliud in bonis immobilibus.Sed actio siue nomē cō petens ad rem immobilem equiparatur rei mobili ⁊ non immo bili.glo.in auc.de non alie.§.j.in ver.connumeranda.vbi dicit Ang.quod licet actio siue nomen debitoꝛis sit species distincta inter mobilia ⁊ immobilia,vt.l.quam tuberonis.§.pen.s.alleg.
10 † Tamē si queritur de effectu ipsius actionis,tūc illa iudicatur mobilis si datur ad mobile,alias si ad immobile reputaret res immobilis glo.in.l.j.⁊ ibi Bar.C.si aduersus trāsactio.cū alijs allegatis per ipsuz Alex.Et ita ergo dominus habitationis de bet succedere in nominibus debitoꝛum existentium extra terri toꝛium cum de rebus territoꝛij censeantur,⁊ maxime quādo ibi fuit contractus celebꝛatus, qꝛ si actio coberet territoꝛio,multo foꝛtius coberet illi in quo fuit contractus celebꝛatus per tex.in. l.titium ⁊ meuium.§.tuto.de admi.tuto.ff. C Secundo monet,

qz actio nõ circũscribit loco. l. gaius. ff. de leg. ij. cũ simi. Et ideo dicit Bal. i. l. j. ff. de sta. homi. qõ si dono tibi oia q̃ habeo Pe rusij actiones psonales nõ veniunt. Si ergo nomẽ debitoris nõ coberet territorio loci debitoris nihil obstat dño loci defuncti q̃ succedit i vniuersalẽ hereditatẽ defuncti quo minus habeat, cũ ẽt in iuribus incorporalibus succedat. l. heres oẽ. ff. de acq. cum
11 alijs ibi allegatis. ¶ † Tertio & vltimo moueẽ, qz actiones ita adherent ossibus creditoris qõ ab eius persona euelli nõ pñt. l. qs ergo casus. ff. p socio. Et ita cõcludit Alex. quod ad ipsum fiscũ loci habitationis spectat exactio huius noĩs ẽt debitoris exi stẽtis in alio territorio. Et ad allegata vnã tm̃ facit responsionẽ qõ hec pcederent qñ iste defunctus habebat diuersa patrimonia in diuersis locis & ita in alio loco habebat nedũ nomẽ debitoris, sed ẽt imobilia, quo casu censeẽ vterq; fiscus heres. l. tutoris. C. ad. l. iuli de vi publi. & ideo hoc casu ad diuersos trãseunt actiones actiue & passiue, qz dividi debent sicut fit iter heredes. l. p hereditarijs. C. de heredi. vel actio. vẽdita. cũ vulg. Et dicit quod Guil. de Cuneo, ita nõdet ad hanc. l. q̃rit. §. põt. ff. de penis. & d. l. si certaq;. Et ita ergo vr̃ velle Ale. quod ista noia debitoq; alterius loci censeri debeant eiusdẽ nature cuius sunt alieres q̃ sunt in loco in quo defunctus obijt. Et sic primogenitus in diuisione noia etiã existẽtia extra territoriũ vbi defunctus habitabat habebit prerogatiuã ẽt p̃m consuetudinẽ illius loci non loci vbi debitor. Ex pdictis vide Sali. & Alex. in opi. q̃ fortis, Lappũ aũt dissentientẽ. Amplectere quã partẽ volueris. Credo p nũc qõ opi. Sali. & Alex. sit verior, & quod seruareẽ in practica. Et ad q̃rmationẽ accedat qõ dicit Bal. in. c. j. de cõsti. extra col. pen. vbi q̃rit vtrũ princeps mundi possit dotare filias spurias, & arguit qõ nõ qz legibus viuere debet. l. princeps. ff. de
12 lega. Jn q̃rium facit † qz sufficit p ratione voluntas in principe. l. j. ff. de q̃sti. princi. & ideo vt refert dixit impatori quedã mulier cuius amplexus impator dicebat illicitos date si lubet lz, ex quo infert quod si dñs Barnabas habuisset in Mediolano plenitudinẽ potestatis potuisset donare amasijs suis bona existentia in territorio Mediolanen. vel noia debitoq; Mediola. qz iura ibi videntur possideri vbi est domicilium vel vbi reus sortit fortunã, quapropter ẽt seipsum obligare potuit. l. fideicõ. §. tractatũ. l. q̃ro. ff. de solu. l. j. C. vbi fideicom. peti põt, sunt verba Bal. facit quod not. dicit Panor. in. c. ex insinuatione. de iurepa. qõ si primogenitus succedat in hereditate, prout est de q̃suetudine Anglie succedet ipse primogenitus in iurepatro. indistincte. Et adde qõ idẽ tenuit Soci. consi. xxxvj. in. j. volu. colũ. iij. in fi. & seq. post Sali. vbi. §. vbi q̃cludit qõ dos instrumẽtarie debita cẽseẽ nomẽ & actio. ita quod reputaẽ de bonis existẽtibus in loco vbi morabaẽ illa cui debebaẽ. facit qõ voluit Flo. in. l. peculus. versi. Jtez
13 vr̃ hec lex fame. ff. de vsufru. † vbi dicit quod appellatione pecunie veniũt noia debitoq;. Vel dicamus p̃m supradictũ in pdicto suo tractatu qõ noia debitoq; dñt cẽseri p̃m ea p quibus danẽ, qa si ad mobilia sortianẽ naturã mobiliũ, si ad imobilia naturã imobiliũ, p hoc sequit in annuis redditibus qd dicẽdũ sit, colligitur p̃m Bal. in. l. inbemus. la grãde i prin. p illũ tex. C. de sac. sanc. eccle. cũ alijs allegatis p eũ, qz annui redditus inter imobilia cõputanẽ, cle. exiui. §. cunq; annui redditus. de ẽb. signi. in clem.

## SVMMARIVM

1 Consuetudo iuris primogeniture an trahatur ad forenses. 5.
Doctor inter scholares forenses quomodo habeat iudicare.
2 Consuetudo cohabitantes vnanimiter ligare an debeat.
3 Statutum habilitans personam an liget forensem. 4.
6 Consuetudo est tantum localis, & subditos solum ligat.
7 Forenses an ligentur statutis.
8 Statuti vis extrema habilia considerat.
9 Statutum de instrumẽtis garẽtigiatis an trahatur ad forẽses.
10 Ciuis nouellus equiparatur forensi.
Reconciliatus nouiter non differt ab inimico.
11 Effectus limitatus insurgit ex causa limitata.
12 Ciuis adoptiuus quis dicatur.
Priuilegium equipollet nature.
13 Ciuitas & patria idem important.

¶ Questio decima secundi libri.

1 **Trum consuetudo** iuris primogeniture vnius territorij extẽdaẽ ad forenses. ¶ Querit vlterius
2 † supposita cõsuetudine qõ primogenitus in totum vel in bonã partẽ hereditatis paterne succedat, an filius primogenitus forensis ibi decedẽtis gaudebit hac prerogatiua. ¶ Et primo vr̃ dicendum quod non, quia preceptum imperatoris non ligat nisi subditos. l. j. C. de summa trini. ergo nec statutum. Et pro hoc facit glo. no. in. c. que cõtra. viij. distin. vbi habeẽ quod forenses & peregrini nõ ligantur q̃suetudinibus loci vbi viuunt, sed soli perpetuo habitãtes. Et ideo dicit ibi Arch. post Alb. Papiensem & Joan. Baldui. quod doctor iter scholares forenses nõ iudicabit p̃m consuetudinem ciuitatis, sed secundum iura communia. facit quod in simi. dicit glo. in. l. j. C. de summa trini. quod si Bononien. conueniatur Mantue nõ debet iudicari secundum statuta Mantue quibus non subest, & ibi idem dicit in scholaribus bonus pater Odoffredus, & ad hoc vide Fel. in. c.
2 quod clericis. de foro compe. ¶ † Jn contrarium facit, quia qui libet tenetur viuere secundum cõsuetudinem illorum inter quos conuersatur. c. illa. xij. distin. ibi Cardi. Alex. adducit illud vulgatum. Cum fueris Rome Romano viuito more. fa. tex. in cle. dignum. de celebra. missa. & ibi not. Cardi. de zaba. & Joan. de Jmo. quod vnusquisq; debet se coaptare moribus eorum cũ quibus conuersatur. Et hoc inducunt ad eos qui vadunt Catbaloniam, nam nõ peccant ibi comedendo carnes. Et idem de Papiensibus & alijs qui comedunt carnes Mediolani vsq; ad primam dominicam quadragesime, de quo per Christofozum porcum. insti. de iure natura. gen. & ciui. in. §. responsa prudentum, alias in. §. sed quod principi placuit, de hoc aliquid supra vidimus. ¶ Hanc questionem tangit Pet. de bellapertica gallorum iurisconsultoq; princeps. in. d. l. j. C. de sum. trini. & eũ suo more fideliter ibidem refert Cy. col. iij. q arguit in partes, & deinde distinguit post Pet. ponens amplã distinctionẽ comprehendentẽ materiam delictorum & cõtractuum quem per te videas. ¶ Albe. de rosa. ibidẽ tãgit. col. vij. in fi. Et refert aliquos sim pliciter dicentes quod sic. Sed dicit ipse, in q̃trarium facit illa. l. j. C. de sum. trini. & l. debitor. in fine. de pigno. ff. & nihil aliud dicit. Sed vide latius eundem Albe. in. j. parte statutoq;. q. xlvj.
3 & ij. parte. q. ix. ¶ † Hanc etiã questionem tangit Bar. in. l. cũctos populos, vbi distinguit dicens quod si verba cõsuetudinis diriguntur in plonã nõ habebit locum cõsuetudo in bonis istius forensis, sed succedunt filij equaliter. Ratio, qz vbi statutum loquitur personam habilitando vel inhabilitãdo non ligat forensem. l. j. in fine. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Secus autem si loquatur consuetudo per verba que in rem diriguntur, tunc ligaretur forensis quo ad bona, qz statutum potest bona ligare. l. rescriptum. §. fi. ff. de muneri. & honori. l. an in totum. C. de edificijs priuatis. no. in. c. fin. de consuetudine. Et ita in simili distinguit in. l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod vi aut clam. ¶ Baldus autem, licet sublatioribus & diffusioribus verbis, idem videtur tenere in d. l. cunctos populos. col. viij. ix. & x. presertim ibi, vlterius quero vbi concludit † quod statutum nõ potest habilitare personas
4 non sibi subditas, nec circa personam aliquid disponere, dicens quod. l. j. C. de emanci. libe. non ob. quia ibi potius statutum disponet circa modum forme quam circa ius persone, vel aliter dicit qõ quedam est habilitatio in qua cooperatur cõsensus, vt est prorogatio iurisdictionis & tũc potest, & sic procedat illa. l. j. quedam est habilitatio que non potest procedere per cõsensum hominis, & tunc secus, & de hac habilitatione loquitur in proposito. ¶ Sali. in ea. l. j. col. iij. & v. tangit de hac questione signanter ibi, quia proxime dicta loquuntur, vbi distinguit post relatã opi. Bar. Aut statutũ est permissiuũ aut prohibitiuũ. Si permissiuum. Aut eius quod iure communi conceditur, & tunc non est dubium, quia si non valet iure speciali valebit saltem iure cõmuni. Aut est permissiuũ prohibiti a iure communi, vt quod filiusfamilias testetur vel incapax institui possit, & tunc talis forensis agens virtute statuti nihil agit propter rationes ibi per eum assignatas. Aut est prohibitiuum eius quod est permissiuum in re communi, & tunc aut respicit rem aut personam, vt distinguit Bar. & Bal. Quando respicit personam, aut statutum continet rem odiosam aut fauorabilem, puta ne vir possit legare vxori sue vltra certam quantitatem, quod inductum fuit ne mutuo amore se spolient. ff. de do. inter virum & vxo. in princi. & tunc forenses astringuntur. Aut statutum continet rem odiosam, & non porrigitur extra territorium. l. ex ea. ff. de postu. Ex quo infert si statuto caueatur quod femine nõ succedunt cum masculis, tale statutum forenses non ligaret, & hec distinctio fuit Barthol. & Bald. prius ibidem sub longe ampliozibus & diffusioribus ver
5 bis. ¶ † Vide de hac questione in indiuiduo Joan. de Jmol. in capi. cum olim. de cle. coniugat. in fine. vbi dicit. Est consue

tudo

tudo in aliqbus partibus qđ primogenitus succedat in totū, an trahaī ad forensem existētē in loco. ⁊ qcludit qđ si qsuetudo vel statutū habeat qđ res moriētis deveniāt ad primogenitū, tunc si ibi forēsis moriaī relictis rebus aliqbus ⁊ filijs habebit locū in talibus rebus, qz statutū dirigiī ad res que sunt subiecte statuenti, secus si diceret primogenitus succedat, qz tūc nō qđben dit forensis, qz nō est subiectus statuenti. ⁊ ita reddit ad di. barto. ⁊ Bal. s. relatā. ¶ Bñs Jas. de Mayno in lec. d. l. j. colū. ix. ⁊ in repe. eiusdē. l. col. xxj. ℣. ij. dubiū est. Refert in ħ pūcto diversitatē opi. ⁊ dicit qđ Ja. de are. in quadā sua disputatio tenuit qđ forenses nō qđprehendunt statutis ⁊ qsuetudinibus locorū, ⁊ idē tz Old. qsi. ccxlviij. vbi facit mētionē de qsuetudie civitatis Parisiēn qua hz qđ marito premoriēte dimidia pars lucri p maritū acqsiti durāte matrimonio applicaī vxori supstiti. ⁊ ibi qcludit qđ forēsis existēs in vrbe Paris iē. nō ligareī illa qsuetudine, qz qsuetudo est localis ⁊ nō ligat nisi subditos C. q̄ sit lō. qsue. l. ij. ff. cōmu. predio. l. vēditor. §. si qstat. ⁊ exp̄sse di. xij. c. illud. Sed do. Jas. ibidē dicit qđ Barb. Ful. ⁊ Saly. ꝯrīū tenēt, ⁊ pseq̄t de validitate testamenti illius loci an sit
6 validū, de q̄ qōne vide dicta p eū, †qz nihil ad ppositū. ⁊ ad. l. j. de emā. libe. dicit qđ lz nullus aduertat tū nō ꝓbat q̄ꝫnis per Bar. ⁊ cōiter doc. ad hoc inducaī qđ forenses ligant qsuetudine alterius civitatis, qz ibi tex. exp̄ssam facit mētionē de forēsibus, nos aūt loqmur qū nulla fit mētio. Sed sustinēdo Bar. dicit qđ rīndendū est sic, ⁊ fateī se aliter rīndere nō posse, qđ licet tex. faciat mētionem de forensibus, hoc nihil est, qz nō pōt i forenses aliena qsuetudo statuere, sed ibi determinaī qđ in his q̄ sunt vol taric iurisdictionis ligant forenses vt est emācipatio, secus in his que sunt inrisdictiōis qtētiose, puta q̄ in inuitū recdunt, vt. l. ij. ⁊ ibi gl. ff. de offi. pcō. ⁊ lega. vt sumus in ppositō. ⁊ ad alia fundamēta Bar. rīndet. vide p eū. ¶ Repio Pan. in. c. qđ clericis. in. vj. col. de so. qpe. vbi tz cū Bar. vbi. s. ex q̄ formaliter infert qđ si statuto aut qsuetudine caveaī qđ primogenitus succedat in certa pte nō ligabiī forensis, secus si dicat bona defuncti ad primogenitū p tali pte deferant, ⁊ ibidē qsil. lxxv. ¶ Alex. de imo. hāc. q. tangit in. v. col. qsi. xliij. vbi cōcludit in facti qtingentia, de qua ibi qđ statutū ferra. nec ligat nec ligare pōt forensem inducens expresse ad questionem hāc de primogenito, ⁊ ad qfirmationē adducit Cal. qsi. xxxij. ō testa. ⁊ eius dicta refert tanq̄ Cald. tū vere illud fuit qsil. frā. de Rampo. vt pz ex prin. ⁊ subscriptione illius qsi. vltra istud qsi. Alex. vbi. s. plura scripta doctoꝝ adducit signāter Cy. i. l.
7 j. vlt. q. C. que sit lon. qsue. †vbi tz qđ si statutū sit Imo. vt nullꝰ possit blada extrabere qđ Bonoñ. nō tenebūtur stare illi statuto. Nec ob. l. si pēdentes. §. si quid cloacariij. ff. de vsufru. qz ibi non dicit qđ esset forensis. Itē p hoc adducit Guid. de Suza. in. q. statutoꝝ, q̄ incipit, sed pone questionē, ⁊ alia qōne incipiē te, qō talis est Bonoñ. quentus. vbi in vtraq̄ dicit qđ forēses non ligant statutis qz cū nō qprehēdant quo ad hoc vt nocere eis possint, nec qprehēdāt quo ad ħ vt ꝓdesse possint ar. l. fi. C. de fruc. ⁊ litiū expē. ⁊. l. j. C. cōia divi. ⁊. l. in sacris. C. de proxi. scri. ⁊ iniquū esz vt haberet emolumētū ex statuto ex quo lesionem habere nō qpellit. arg. l. i. §. pro. ij. in fi. C. de cadu. tol. pro quo vide Albe. in. ij. p. statu. q. ix. ¶ Adde et qsil. Soci. cc. liiij. vbi p hāc eādē rōnem, ita voluit, ⁊ ibi in fi. adducit Bar. in trac. repesaliarum in. v. q. princi. col. j. vbi dicit qđ forenses q nō ligant statutis nō gaudēt beneficijs statutoꝝ, vt et voluit Pau. de ca. in. l. oēs populi. ad fin. ff. de iusti. ⁊ iur. vbi dicit se semel respondisse Bononie, vbi erat statutū qđ villa teneaī ō dā. dato si ignoraī a quo datū fuit qđ forensis cui datū erat dānum non gauderet beneficio illius statuti. Adde etiam ad predicta qsi. ccxlj. col. v. in fi. vbi idē dicit vt. s. ⁊ alleg. Ang. con.
8 lxxiij. inci. in statuto Florentino, ⁊ Ro. qsi. ccccxxxiij. ⁊ Pau. de cast. qsi. cccxliij. †Hec igiī bene faciant ad qfirmationē eorum que dicunt p Alex. vbi. s. ⁊ ideo pfecto Alb. ibidem col. v. ver. ex hac ratiōe recte dicebat qđ Bar. nō somniauit ponē do dīam vbi verba statuti dirigunt in psonā vel in rem, immo fortius dicit Alex. vbi. s. qđ q̄ꝫnis is de cuius successione agitur nō sit forēsis, tū hoc satis est, vt pson que succedūt sint forēses, qm̄ ad hoc vt sequaī ligamē statuti aut qsuetudinis opus ē vt vtrūq̄ extremū sit habile. ¶ Nouissime p ampliori explanatione huius qōnis repio Rochū de curt. in repe. c. fi. de qsue. q. xij. princi. monētē qōnem. vbi et qcludit qđ qsuetudo nō ligat forenses rationē assignans, vt vnaquaq̄ prouincia suo sensu abūdat. c. certificari. de sepul. ⁊ hoc satis late examinat, ⁊ rādem col. v. limitat qm̄ qsuetudo disponit circa psonas, secus au
9 tem si disponeret circa res ꝓm Bar. s. alle. per quam limitationem expresse infert qđ si statutū disponat qđ bona decedentis deferant ad primogenitū, tūc tale statutū qprehenderet forensem decedentem qui ibi haberet bona, ⁊ pro hac resolutione cō muni adducit multos doc. hanc opi. firmātes, ⁊ signanter Soci. in qs. ccxxxi. vbi qsuluit qđ si statuto aut qsuetudine caveaī qđ instrumentū habeat executionē parātā non habebit locū in
9 forensi, qz nō vteī privilegio illius statuti. †Nec ob. si dicatur qđ modus exequēdi qcernit processū ⁊ ordinē ꝓcedendi, ⁊ ita qđ sint seruanda statuta loci, iuxta no. per Bald. et in materia executionis in. d. l. i. C. de sum. tri. ver. viso de iure psone, ⁊ eum dē Bal. in. l. i. C. de qfes. ⁊ Bal. et in pluribus aliis qsilijs citat. ⁊ p hoc alleg. tex. in. l. missi opinatores. C. de exac. tri. lib. x. qz rñdet Soci. vbi. s. qđ in qcernētibus ꝓcessū vbi datur aliquod beneficiū voluntariū nō extenditur ad forenses nec forensis potest vti eo ꝓm Pau. de ca. qsi. ccxliij. vbi formaliter dicit qđ si statutū inducit certū modū ex privilegio seruādū in iudicijs, forensis nō dz eo vti sicut nec subit onera cōitatis. arg. l. si vnus. §. si vnus. ff. p so. ⁊ ad hoc adducit Lud. Ro. qs. ccxxij. alias. ccxxiij. ⁊ Ange. qsil. lxviij. alias. lxxij. vbi inter cetera duobus iuribus monet. s. p. l. i. in fi. ff. ō tu. ⁊ cura. da. ab his. ⁊ c. ecclesia. s. Ma. de qsti. extra. Aduerte qđ qsi. Soc.. de quo. s. fecimus mētionem nouissime repetitur. qsi. cxx. nec discrimis reperies vnum iota. ⁊ adde aliud consil. ccxcij. ad princ. de quo tū statim faciemus mentionē. ¶ Sed redeamus ad dicta Rochi de curt. quem. s. retulimus. dicebat ergo Rochus vbi. s. qđ primogenitus forēsis gauderet prerogatiua statuti aut cōsuetudinis quando statutum aut qsuetudo est scripta in rem, secus si in psonam. ex quo inferebat Bet. de anch. male dixisse in. c. canonū. xij. ver. iuxta predicta. de qsti. extra qđ cōis est resolutio ꝫ Bar. ⁊ Bal. qz vt ex precedentibus videmus aliter est, ⁊ ideo qclusio est cōis cū Bar. ⁊ Bal. qcqd dicat Bet. ⁊ hāc qclu. cōem dicit esse verā. Rochus et in cive novello, qz
10 †qđ dicitur de forensi hz locū in cive novello. l. q cū vno. §. ff. de re mil. q̄ꝫ ad hoc facit singularem Lud. ro. sin. lxxiij. vbi adducit Bal. in. l. data opera. C. de accu. p hoc et adducit Roch. Barb. in. d. c. canonū. col. xiij. ⁊ do. Ja. in. d. l. i. C. de sum. trini. col. xvj. Aduerte tū qđ qcqd dicat Roch. s. Lud. d. l. q cum vno. §. fi. non facit sing. immo reprehēdit eos q singulare illam faciūt, qz p hoc dicit esse tex. in si. in. l. qui cōmeatus ad fi. ff. e. ti. de re mil. ⁊ vltra eū adde bonū tex. in. c. accusatores. iij. q. v. ibi nudiustertius ei inimici fuerūt, vbi ꝓbaī qđ paria sunt, esse inimicū ⁊ nouiter reconciliatū. ⁊ hunc tex. multū extollit Joan. de ana. ⁊ Fely. in. c. cū oporteat. de accu. sic intelligens ⁊ restringens. §. item qđ inimicitias. insti. de excu. tut. ⁊ l. athlete. §. remissionū. ff. de exc. tu. sic ergo in simili paria sunt, esse forensem vel civem novellū. ¶ Ex predictis igitur vides resolutionē esse cōem quod regulariter statuta ⁊ qsuetudines locoꝝ non ligant forenses qñ sunt scripta in rem, secus si in personaꝫ. Amplia hanc conclusio. vt procedat sive in favorabilibus sive in odiosis. Alberi. in. ij. parte stat. q. ix. Alexā. consi. xliij. de hoc ample. s. diximus.

¶ Limita tripliciter. Primo qñ qsuetudo eēt limitata exp̄sse ad cives ⁊ psonas civitatis in qua est qsuetudo, qz esto qđ prohba statuti aut qsuetudinis essent scripta in rē, tñ dīt intelligi ⁊ modificari ex limitatione subsequēte. ar. l. fi. C. de testa. ⁊. l. in
11 agris. ff. de acq. re. do. †limitata. n. cā limitatū oz ꝓducere effectū, vt no. in. l. age cū Semi. C. de transl. ij. ff. de ser. expor. ⁊ ibi Bal. l. cū seruo. ff. de ꝯbē. emp. Scdo limita nisi qsuetudo aut statutū respiceret vtilitatē cōem, qz tūc esto qđ esset scripta in psonā ligaret forenses, vt qđ nullus vendat pisces mortuos. ar. l. j. §. cura carnis. ff. de offi. prefec. vt ita notabiliter dicit Cy. i. l. j. C. ō sum. tri. col. iiij. post Jac. de Ra. Cōsidera p hāc limi. si statutū de primogenito posset extēdi ad forēses quasi versetur vtilitas publica in defensione iuris primogenite. aliq voluerūt dicere qđ sic, ħ certe nō video publicā vtilitatē resultātē, immo potius dijudicarē incētiuū iacture ⁊ seminariū discordiaꝝ, vt j. ōducem⁹. Tertio limi. nisi forēsis i loco statuti aut qsuetudinis bīet domiciliū, tc. n. rōe domicilij vti possz būficio statuti aut qsuetudinis, ad ħ vide Soci. qs. cccxxxj. co. vj. p. l. i. ff. ad mn. ⁊ qs. ccxlj. col. v. in fi. exp̄ssius ⁊ in indiniduo eūdē Soci. qs. ccxcij. vbi in ptes arguit, ħ tādē hāc ptē firmat ⁊ multis corroborat vt videbis p eū, intelligēs tñ ⁊ ōclarās ħ vex q̄ꝫtū ad bona sita in territorio illius statuti aut qsuetudinis, qz q̄ꝫtum ad bona alibi sita fuerāde erūt qsuetudies aliox locoꝝ, vt. s. et ample deduxim⁹. Pro hac limita. videaī Roch. de cur. vbi

supra col. vj. ℣. iiij. limita. vbi inter cetera adducit Pet. de an cha. in. c. canonū. ℟. alle. de ẏsti. extra . vbi dicit q̄ ista est cōis sentētia. alleg. ēt Pau. de ca. ẏsi. ccclxxvij. adducit ēt Ja. bu. Alb. Bal. Saly. in. l. i. C. de sum. tri. Jo. ō ana. ẏs. iij. ¶ Certe in hoc nō video magnā difficultatē, q̄ istud vī mihi textualiter decisum p. l. i. in. l. i. in fi. ff. de excu. tut. ⁊ cur. da. ab his. vbi dicit tex. eis tm̄ p̄mittit q̄ sunt eius p̄incie vel domiciliū habent ⁊ ita tex. equiparat eos qui sunt alicuius p̄incie ⁊ eos q̄ ibi do
12 micilium habent. ¶ †Sed adde fortius q̄ idē sit in eo qui est in cinem receptus quī appellat cinis adoptiuus. C. de appel. ⁊ Rapha. comē. ⁊ Bar. in. l. si is q̄ p̄ emptore. ff. de vsucap. Cy. expresse in. l. i. C. de his qui veniā eta. impet. vbi dicit q̄ si statu tū vult q̄ō oēs ciues habeant tale p̄iuilegiū forensis receptus in cinem habebit vt originarius p̄ text. in. l. sed si hac. §. sed ⁊ si ius annullor. ff. de in ius voc. Bal. in. l. iij. §. hec verba. ff. de ne go. ge. vbi dicit q̄ō si statutū punit offendentez ciuē certa pena punit ēt offendētē receptū in ciuē, q̄ p̄iuilegiū eqpollet natu re ꝑm Jo. an. in. c. fi. de ẏsue. in. vj. in nouel. ⁊ hoc in fauorabi libus ꝑm Bal. in. l. cines. C. de incolis. li. x. l3 ipsemet Bal. ēt in odiosis, ita tenuerit. De hoc vide ample p̄ do. Jas. in. d. l. si is qui p̄o emptore. col. lxviij. vbi inter cetera refert Ang. in. l. adoptiuū. §. patronū. ff. de in ius vocan. vbi dicit p̄ illum tex. q̄
13 † bñficia q̄cessa ciuibus q̄tinētia honestatē extendunt ad illos q̄ sunt recepti in cines, ⁊ dictis Jas. adde. Bar. ⁊ Bal. in. l. iij. C. de natu. libe. vbi colligūt q̄ ciuilitas ⁊ patria idē significāt ⁊ importāt, adde ēt tex. in. l. si in patria. ⁊ ibi no. Bar. C. de in co. lib. x. ⁊ p̄ hec erit ad saturitatem examinata hec. q.

## ℟ SVMMARIVM ℟

1 Primogenitus laicus vtrū ẏsuetudinaria p̄rogatiua in p̄e iudicium secundogeniti clerici gaudeat aut religiosi. 9. 12.
2 Statuta generaliter loquentia qualiter admittant clericos.
3 Vassallus p̄opter clericatum an debeat admittere feudum.
4 Lex subditos tantummodo ligat.
5 Consuetudo grauosa ecclesijs an liget clericos ⁊ ecclesias ⁊ mi nores. 14.
6 Statutū per p̄teritum perfectus quid significet.
7 Inclusus excludit excludendum.
8 Clericatus supueniētia an ⁊ qñ causam p̄ius inchoatam coraz seculari impediat.
10 Statutū q̄ō agnati excludāt feminas an p̄eindicet monarche tempore statuti facte.
11 Statutū de masculis feminas excludentib⁹ an vocet clericos.
13 Ecclesia quid ⁊ quando p̄o se acceptare potest ⁊ contra se nō tenetur.

¶ Questio. xj. secundi libri.

## Sed queritur quid si scō'

1 genitus † sit clericus ⁊ primogenitus laicus vtrū p̄i mogenitus ẏsequet̄ iura p̄imogeniture ẏsuetudi naria in p̄eindiciū secundogeniti. ⁊ ꝑfecto hec questio clarissi mū hz discrimē a qōne illa de qua supiore libro diximus. Utrū clericus iure p̄imogeniture gaudere debeat. Nā ibi agit ō fa uoz clericoz ⁊ lucro captādo hic de ꝑiudicio ipsoz. Idcirco lō ge maioz vī esse ratio vt ibi ẏsprehēdant̄ in fauoribus quā hic in odiosis. Odia enim conuenit restringi ⁊ fauores ampliari vul gatis iuribus. ⁊ ideo no. dicit Host. in. c. fi. ne cle. vel mo. in fi
2 ne. Queso nō odiosū, sed fauorabilē inuenient te fauorē. † Hic dicit Bal. in. l. cūctos populos. C. de sum. tri. ⁊ fi. cath. xj. col. q̄ statuta generaliter loquētia includūt clericos inclusione fa uorabili, sed nō odiosa. ⁊ ideo parcāt mihi qdā q̄ in suis interp tationibus alleg. Jo. an. in regu. sine culpa in mercu. p̄miscue ad vtrāq̄ qōnem, q̄ inaduertenter ꝑfecto alle. Nā vt oculari fide ẏstare pōt in predicta reg. col. pe. ver. q̄ in preceden. art. nō illam monet qōnem, sed hāc de qua in presenti agit, qī. s. se condogenitus est clericus. Utrū ẏsuetudo iuris p̄imogenitu re sibi p̄eindicet, longe. n. diuersa est ratio. ⁊ ibi Jo. an. arguit in partes ex cuius dictis aliqua hic inseremus ꝑ ampliori elucī datione huius qōnis. ¶ Et primo q̄ p̄eindicet ẏsuetudo de p̄
3 mogenitura loquēs ō clerico scōgenito arguit, † q̄ pp clerica tū vassallus feudū ꝑdit, vt est tex. iūcta gl. in. c. vnico. ō vassal. mil. q̄ ar. belli. depo. c. vnico, an mut⁹, vel alias imp. cū alijs si. tex. ¶ Idē scō. ex quo clerici ẏsuetudines ꝑ se recipiūt ergo ēt debēt recipe ꝑ se. c. fi. de vi. ⁊ hone. cleri. Et p̄cipue dicit Jo an. an. q̄ ẏsuetudo talis est sup eqtate fundata. s. ne patrimo nia annihilen̄ se remittēs ad ea que scripsit in. c. lz de voto. ex tra. ⁊ plura ēt ad corroborationem refert de qbus vide p̄ eum. ¶ Tertio q̄ quoz est eadē origo eadē est rō. c. j. de cle. pere grī. c. ex pte. de deci. cū si. lo. sed oēs nascimur nudi ⁊ laici. c. si cut. xliij. dist. nec quis nāliter clericus est, imo nec infanti ẏfer tur ordo. c. fi. de tēp. or. in. vj. ergo eque ligabit ipsos clericos, q̄ clericatus nihil addit vel aufert quo ad ius alterius siē nec
4 baptismus. ¶ † In ōriū arguit, q̄ fit eqparatio legis ad ẏsue tudinem. l. de quibus. ff. de leg. cū si. Sed lex non ligat nisi sub ditos. l. fi. ff. de iurisd. om. iudi. c. fin. de ẏsti. in. vj. ergo ⁊c. quod clerici nō sunt subditi ꝑbat̄ in. c. si diligēti. de fo. ẏpe. cū si. nā diuisum impiū cū Joue Cesar hz. c. nonit. de iudi. cū si. ¶ Se cūdo statuta minoz nō ligant maiores. c. cū inferior. de maio. ⁊ obe. sed clerici maiores sunt laicis. l. iij. C. de sum. tri. ⁊ iō antiq tus plebiscita nō ligabāt nobiles. l. ij. §. demū. ff. de ori. iur. §. ple biscitū. inst. de iu. nā. gē. ⁊ ciui. ⁊ hec duo fundamēta in effectu p̄ius fuerunt Cy. in. l. ij. ad fi. C. q̄ sit lon. ẏsue. ¶ Tertio q̄ cō suetudo est grauosa ecclesijs, ⁊ ita nec ecclesias nec clericos li gat. c. ecclesia. s. Marie de ẏsti. cassa. de sac. san. eccle. cū si. c.
5 j. de ẏsue. extra. † Jtē q̄ ista ẏsuetudo est irrationabilis, q̄ au fert ius alterius. ⁊ ideo reprobāda. c. pe. de ẏsue. ¶ Sz post h argumēta ẏcludit Jo. an. q̄ certe hec ẏsuetudo ligat clericos ēt in p̄eiudiciū eoz ꝑ alle. in. j. parte, alias sepius posset fieri fraus p̄imogenito, q̄ alius ꝑmouere⁹ ad ordines vt affectam notabilē fratris p̄imogeniti quotā hereditatis impediret, q̄s fraudes iura abhorrent. c. q̄sto. de diuortijs. l. in fundo. ff. de rei vē. Subiūgit q̄ō opi. Host. ⁊ sequaciū q̄ ōriā p̄tē fouēt ꝑcede ret q̄ī iam ante statutū, vel ẏsuetudinē erat clericus, ⁊ ita vult q̄ō si tpe ẏsuetudinis introducte qs iam fuisset clericus nō liga ret̄. ¶ Adde Prepo. in. c. ꝑ venerabilē q̄ fi. si. legi. eī. §. q̄ ātē
6 col. xxxij. ℣. vlterius ex ẏpa ꝑdictoz, vbi simpliciter trāsit cū hac resolu. Jo. an. ⁊ se remittit ad ea que refert se magistraliter dixisse in. c. q̄ō clericis. ō fo. ẏpe. ¶ Hāc. q. tāgit Frā. ō are. in. d. c. q̄ clericis. vbi dicit q̄ō ꝑdictā di. Host. ponit Bar. in. l. fi. ff. de pac. ⁊ Bal. in. l. deo nobis. C. de epis. ⁊ cle. vbi voluit q̄ si statutū excludit filiū religiosum a successione, ⁊ querit vtz
6 valebat distinguendū est. † Aut statutū logit ꝑ ℣bū p̄teriti p fecti, ⁊ sic significat actū ẏsumatū. l. i. ⁊ ij. ff. q̄ qsq̄ iu. nō vz sta tutū, q̄ disponit in eū q̄ est iam ecclesiasticus, q̄ō facere nō po test. xcvj. di. c. bene qdē. Aut excludit ingredientē ꝑ ℣bū imp fectū, ⁊ tūc vz statutū, q̄ iniecit viculū exclusiuū ante religionē. Nam ingrediens nō est adhuc ingressus. l. arboz ib. §. i. in gl. ⁊ l. qui duo. ff. de manu. test. ¶ Sed dicit Frā. q̄ō ista distinctio est multū dubia. Primo si qualitas legis vel statuti aut ẏsuetu dinis que debeat excludere attendit̄ inspiciēdū est tps quo de fert̄ succes̄. l. si cognatis. ff. de reb. dub. ſz eo tpe est clericus, er go ⁊c. ⁊ iō frustra distinctio fit. Aut statutū iniecit vinculū, an te clericatū, q̄ exclusio nō vī fieri, nisi quod tpe defert̄ hereditas sicut nec repudiatio. l. q̄ supstiti. ff. de acq. here. † Rō q̄ ꝑ
7 inclusum excludit̄ excludendū. Bar. in. l. ij. §. videdū. ff. ad ter. Sed primogenitus non pōt dici inclusus anteq̄ deferret̄ sibi successio nisi spe ⁊ ōstinatione q̄ spes ⁊ destinatio nō babēt cāz de preterito ꝑm Bar. in. l. bis pōt. ff. de acq. here. ⁊ sic dicit q̄ō de subtilitate nō vī ꝑcedere hec opnio, tñ in fi. dicit tenēdā eē opi. Joan. and. q̄ cōioz est. vide Jo. de imo. ẏsil. xxxv. colū. i. vbi ꝑ Jo. an. in. d. regu. dicit q̄ ciuis originarius Ferra. lz po stea factus sit ciuis Venetus nō gaudebit p̄iuilegio Venetoz in debitis ōctis tpe ciuilitatis Ferrarie. Per illā deci. Joan. an. vide ēt Fely. in. c. ecclesia. de ẏsti. col. xxxvij. Ibi. xv. que ro. dicēs q̄ō ibidē Ant. Imo. ⁊ Panor. hāc decisio. Jo. an. se quunt̄. ⁊ subiūgit ꝑm Panor. in. d. c. q̄ clericis. col. xij. q̄ vbi ius agēdi causaret̄ ex facto clerici vel quasi, vt q̄ cū eo fuit ō ctū vel ante cleri catū, tūc ex quo ius agendi est ortū ante cleri catū iudicabit̄ i vtroq̄ foro, ꝑm ius ciuile ꝑ tex. in. c. ẏstitut⁹. ō in integ. resti. ⁊ ad h̄ adducit ēt Jo. an. ⁊ do. Ant. in. c. j. ō obl. ad rōcinia Bar. in. l. i. ff. de pe. Bal. in. l. officialis. C. ō epis. ⁊
8 cle. vbi volūt ꝑdicti doc. q̄ † supueniētia clericatus nō impedit cām p̄ius inchoatā coraz seculari. Sed dictā decisio. Jo. an. li mitat ꝑm Cal. in dispu. inci. statute ciuitatis, vbi dicit q̄ō dicta decisio ꝑcedit in his que sortiunt̄ virtutē suā ante clericatū, vt est in p̄imogenitura, q̄ vt dicit ipse, ius p̄imogeniture ē icboa tū imo integraliter acqsitū ēt ante mortē patris ꝑm. d. Joā. an. vbi. §. secus in his q̄ habuerūt initiū ante clericatū ⁊ ẏsumātur postea, vt si statutum prohibet probari solutionem debiti ꝑ te

stes, ⁊

stes,ꝛ laicus post solutionem factus clericus velit ꝓbare ꝑ testes poterit,qꝛ nō ligaꝫ tali statuto,ꝛ actus ꝓbationis immínet tpe clericatus.ꝛ ita tꝫ Pet.de ancha.in regula,ea que.de regu.iur.in.vj.ꝛ dicit Fely.ꝙ ista declaratio est multꝫ necessaria,alias multa absurda sequerent,ꝛ de modo cognoscēdi effectum vinculi iniecti ante clericatū se remittit ad dispu. Ant. que incipit,stāte statuto municipali. ¶ Adde ēt Soci.consil. ccxlj.ij.col.in indiuiduo post Jo.an.in.d.regu.sine culpa. vbi dicit ꝙ stāte ꝙsuetudine qđ primogenitus succedat in regno, si tpe quo inducīt talis ꝙsuetudo,vel statutū secūdogenitus est ꝑsona religiosa nō afficīt talis secundogenitus, pro quo adducit
9 Lap.in alle.sua cēresima. † Plures ēt alios citat ita tenētes de quibus ad ipsum recurre signāter.in.vj.col.vbi iterato illō dictū Jo.an.de primogenito repetit rōem assignās, qꝛ statutuꝫ ligauerat secūdogenitū ad nō succedēdū,ꝛ detulerat ius primogenite primogenito quo iure primogenite sibi debebantur bona ēt a patre inuito,vnde subsequente clericatu nō potuit auferre ius quesitū primogenito.ꝛ ꝑ hoc adducit Pau.de ca.q hanc rōnem latius explanat ꝙsi.cccxxv.ꝛ subiungit qđ lꝫ talis spes succedēdi viuente patre nō videaꝫ esse ꝙsiderabilis, tñ immo est. Nā vt dicit Pau.de cast.in ꝑdi.ꝙsil.Filij habēt ēt viuentibus patribus ꝓbabilē spem succedendi,vt no. Bar.in.l. j.§.pater.ff.de acq.here.ergo nō pōt talis potentia ēt viuentibus parētibus auferri ꝛ sub aliqua ꝙditione alteri ꝙcedi.ar.l. statius florus.§.cornelio felici.ff.de iure fis.ꝛ.l.peto.§.prediū.ff.
10 de leg.ij. ¶ † Ad predicta vide ēt Jo.de imo.in.c. qđ cler.de fo.ꝙpe.extra nu.ix.vbi dicit qđ statutū disponēs qđ agnati excludāt feminas nō ꝓiudicat femine q̄ tpe statuti erat facta monacha,ꝛ ita tꝫ Sali.in.d.auc.cassa.col.pe.ꝛ vlt.vbi dicit ꝙ in facti ꝙtingētia determinatū fuit in ꝑsona epi Imo. ꝙ si statuto cauet ꝙ extātibus agnatis vsq̄ ad certū gradū cognati nō succedāt,clericus in sacris ꝙstitutus cognatus nō sit exclusus si ex tūc clericus erat ante statutū ꝙditū,vide do. Jas.in.l.plꝫ.C.de sac.san.eccle.vbi late de hoc.ꝛ latius qnā alibi,vide in indiuiduo Alb.brunꝫ in suo trac.de statutis feminas ꝛ cognatoꝝ li
11 neā ꝛc.arti.vj.ij.q.signanter.col.iiij.ad fi.vbi tꝫ quod † statutū quo cauet qđ extantibus masculis femine non succedāt compręhēdit clericos,ꝛ subiūgit maxie ħ ꝓcedere in eo qđ dicitur de primogenito,qñ ex statuto,vel ꝙsuetudine in successiōe pfertur vt excludat secūdogenitū ēt clericum ꝑm magis cōem opi. ꝛ hoc generaliter ꝓcedit ꝑm eū nō facta differētia. An statutū sit scriptū in rem vel in ꝑsonā vt distinguebat Bal. ꝛ post bal. Bapti.de.l.Seueri.in.d.l.cunctos populos.circa fi.ꝛ diffusissime ꝓsequī vt videre poteris ꝑ eū. ¶ Sꝫ vide Be. ꝛ Prep. in.c.j.x.di.vbi dicūt qđ si statutū,vel ꝙsuetudo est indifferens, qꝛ pōt se habere ad dānū ꝛ ꝙmodū,tunc ligat clericos ꝛ ecclesias ꝑm Bar.in.l.cūctos populos.C.de sum.trī.ꝛ fi.catb. tūc enim nō dī penalis. Pau.in.c.j.de ope.no.nun.in.iiij.no.sic est in ꝓposito,qꝛ si clericus sit primogenitus gaudebit iuribus primogenite , si scōgenitus,primogenitus in eius preiudiciū iuribus primogenite gaudebit.Lꝫ Bal.ꝫ hāc doctri. tenere videaꝫ in auc.cassa ꝛ irrita.C.de sac.san.eccle . Anto.de
12 but.in.c.fi.de vi.ꝛ bo.cleri.†ꝛ subiūgit ibidē Prepo.qđ Jo. an.distinguit in dicta regu.sine culpa,qđ an ꝙsuetudo vel statutū iniecerit vinculū ante clericatū vel nō,qđ tñ dicit esse verum ꝑm Host.in si.in titu.de ꝙsue.§.que cui.ver.sed pone.nisi ꝙsuetudo cōiter esset obseruata tam inter clericos quam inter laicos,qꝛ tūc ēt ad clericos talis consuetudo extenderet ꝑ.c. cum venissent.de eo q mit.in pos.ꝛ.c.cum causa de re iudi.

**Ex predictis ergo vides** resolutionez esse cōem qđ statuta laicoꝝ clericū secūdogenitū ligāt.ꝛ lꝫ videant velle cōiter doc.vt ꝓcedat hec ꝙclusio in his q tpe ꝙsuetudinis introducte clerici nōdum erant,tñ credo ꝙ vbi clerici ꝙsuetudine laicoꝝ ēt introducta post clericatū vti vellēt pro se qđ tenent ēt ꝫ se recipere, ꝑ quo vide gl.multū singularē.in.c. placuit.xvj.qō. iij.que vult qđ ecclesia nō pōt acceptare ꝑ se.l.bene a zenone, qꝛ nō acceptauit ꝫ se.de hoc vide Rochū de cur.in suo trac.de ꝙsuetudine.q.xj.col.v.ad fi.vbi dicit qđ lꝫ qñ ꝙsuetudo est fauorabilis clericis ꝙprehendat clericos,hoc verꝝ est dūmō cle-
13 ricus volēs vti statuto ꝑ se ēt acceptet ꝫ se,vide ēt Rochū eadem.q.col.ix.vbi ad hoc plura cumulat. ¶ † Tñ obstare videtur gl.in.c.nouit.de iudi.in ver.qcūq̄.vbi ecclesia pōt pro se legē acceptare,ꝛ ꝫ se acceptare nō teneꝫ,vt ibi ꝑ illā gl.etiaꝫ no. Panor.ꝛ ita ibi cōiter doc. Item qđ nō est ad sui postulationem ꝙcessum pōt quis ꝑ se acceptare,sed ꝫ se nō teneꝫ .gl.fi.ꝛ ibi Panor.in.c.ij.de mutuis petitio.gl.in anc. quas actio.C. de sac.san.eccle.in ℵ.excludunt. ¶ Sed rñdere potes ꝙ predicta ꝓcederēt in his que simpliciter sunt ꝙcessa ecclesijs in priuilegiū,qꝛ nō tenent ꝫ se acceptare,vt.ś.sed nos hic loqmur qñ nō in priuilegiū simplex,sed cōi consuetudine aliqd statuit,quo casu vel omnino repudiare, vel omnino amplecti status clericalis debet.argumen.eorum que habentur in rubro,ꝛ nigro. ff.qđ ꝙsq̄ iur.ꝛ pro hoc vide in indiuiduo quendā in reptorio Fely.in.c.iiij.ℵ.statutū qđ disponit.ꝛ ratio ibi assignaꝫ,qꝛ statutū istud se hꝫ ad cōmodū ꝛ incōmodū clericoꝝ.ꝛ ad hoc adducīt Panor.q ita tenet.in.c.constitutus.de in integ. restit.ꝛ d.c.j.de no.ope.nun.ꝛ vltra ibi alleg.vide Soc.ꝙsi.xlv.colū. ij.in nouis.vbi Soci.adducit Panor.cōsi.lxxij.ꝛ in his terminis procedit qđ dicit Jo. de imo.in.c.ceterum.de dona.colū.
14 j.†qđ ꝙsuetudo terre seu loci ligat ecclesiaꝫ sicut ēt ꝛ minores. Hodie aūt apud nostrates vꝫ esse sublata hec q̄stio,cū ꝙsuetudines nostre in eaꝝ publicatione ab ecclesiastico statu recepte sint. Ita qđ ꝑmiscue se habent ad clericos ꝛ laicos,ꝛ sic dubiū nō est clericos ligari,iuxta ea que dicit Prepo. i canone.j.in fi.x.di.post Host.in sum.de ꝙsue.ff.que cui.ver.sed pone.ad ħ vide Rochum de cur.in predicta.q.xi.col.iij.ver.j.igitur. vbi aliqua cumulat que ex te ipso videre poteris.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Primogeniture ius an cōpetat filio impatoris primogenito.
2 Dignitates an debeant ꝑ electionē pluribus de eadem stirpe.
3 Imperium olim successione querebaꝫ.ꝛ quid hodie.34.
4 Filij imperatorum dicuntur Augusti.
5 Imperij ozigo,ꝛ de multiplicitate eius.6.7.
Veneti habent bullam exemptionis ab imperio.
8 Rex primus qui fuerit,ꝛ a quo electus.
9 Imperium quomodo ꝛ qñ electiuum factum est,ꝛ de eius trāslatione.10.11.
12 Italia quot annis fuit sine imperio.13.
14 Actus a principio est denominandus non a fine.
15 Impiū an sit trāslatū a Grecis in Gallos.16.17.20.22.25.
18 Imperij transferendi in Gallos causa.
19 Donatio facta prelato ecclesie ab extraneo intuitu cuius facta videatur.
Presūmptio habetur pro carta liquida.
21 Galli ab imperio sunt exempti.
Rex francie an dicendus imperator.
23 Possessionem ꝙtinuā probare volens quid probare teneatur.
Imperium quanto tempore fuerit apud Gallos.
24 Instantiam dare sufficit respondenti.
rit prescriptio aduersus excõicatũ etiaz iniuste,si fuerit in moza petendi absolutionem, qm̃ satis posse dr̃,q facit vt nõ possit, vt probat̃ in iuribus statim allegaris,sicut nolle dicit̃ qui suo facto impeditus est velle ꝑm Bal.in.c.j.de feu.sine culp.nõ am. facit glo.in clem.vt bi de etate ꝛ quali.in verbo impedimento,sua detur qm̃ vassallus eo,quod dñiũ vsle habet, dr̃ procurator in rem suã factus,ꝛ ad eũ ptinet custodia rei feudalis ac eius solicitudo,vt in simili dr̃ de vsufructuario in.l.j.in fi.ff.de oper. nonun.ꝛ.l.j.in fin.ff.vsuf.quẽad.caue.ꝛ ibi not. Alber.ita quod si nõ habet curã ꝛ diligentiã in cõseruatione ipsius rei,posset dñs ad manus suas accipere rẽ ipsam neglectã.l.si boiem.ff.de solu. l.si ex duobus.§.fi.ff.si ex noxal.cau.agat.ꝛ in.l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam.infect.ꝛ§.itẽ. ¶ Et ꝛ forsan negligẽtia biẽnalis sufficit.l.q agros.C.de oi agro deser.lib.xj.quod tenet Spec.in tit.de locato.§.nũc aliqua versi.lxxxix.ꝛ si aliter dicatur ꝙcederet aperte vassallo materia malignãdi,ꝛ priuãdi dñm effectu directi dñij pp deteriorationẽ,ita quod nullũ ỏ cetero p ipsa re posset inuenire vassallũ,quod foret absurdũ. ¶ Debent eni bi vti re arbitrio boni viri,bene facit.l.videamus.§.itẽ boc. ff.locati.l.locũ.§.placet.ff.de vsufru.ꝛ.l.si cuius.§.deniqꝫ,ꝛ tanquã in re propria versari debet.l.j.§.fi.ff.vsufr.quẽad.caue. bene facit.l.hactenus.§.fi.ꝛ.l.itẽ si fundũ in prin.l.sed cum vsufructuario eo.ti.facit.l.merces.§.ꝙductor.ff.locati.facit ẽt qõ not. Bal.in.l.qbus diebus in prin.ff.de ꝙdi.ꝛ demõ.bene facit tex. ꝛ quod ibi no.Bar.in.l.q cõmeatus.ff.de re milita.accedat qõ not.Bar.in.l.pen.ff.ad.l.iul.de adul.ꝛ Jmo.in clem.ij.de eta. ꝛ quali.Alex.ꝙsi.xlix.inspectis ꝛ cõsideratis lib.ij.quod not. scrib.in.c.ex rõne.extra de appel.cõsidera etiã circa hanc materiã dici posse habendã esse cõsiderationẽ.An si vassallus sua culpa ꝛ negligẽtia a possessione feudi ceciderit,ꝛ tũc sibi noceat nõ facta recognitio in tpe ob incuriã suam,quãuis nõ possederit,an vero aliquo casu absqꝫ facto eius ꝛ culpa ꝛ tunc minime, ꝛ hanc distinctionẽ vr̃ sensisse Ang.in.d.ꝙsi.cccxvj. ¶ Faciũt que scribit Jmo.in.l.is q reus in vlti.cbar.ff.de pub.iud.vbi ponit an reus carceratus citatus si procuratorẽ nõ miserit ad comparendũ puniri possit tanquã cõtumax,ꝛ distinguit,an carceratus fuerit detrusus in carcerẽ sua culpa,ꝛ hoc casu punit̃ si procuratorẽ nõ miserit,vt voluit Bar.in.d.l.is qui.col.fi. Aut sine sui culpa,ꝛ tunc minime facit tex.in.l.si vt certo.§.sed interdũ.l.in rebus.§.j.ff.cõmod.reg.imputari de reg.iu.lib.vj.tex.ꝛ ibi not.in.c.j.in prin.de not.seu.l.si merces.§.culpe.ff.locati. ꝛ huic sentẽtie suffragat Prepo.in.d.c.j.col.v.ꝯsi.ꝛ faciunt, que dixi,faciunt q̃ tradit Roma.cõsi.cclij.ꝛ ꝙsi.lxxxiij.ꝛ plura in proposito cõgerit Fely.in.c.ex trãs.col.j.extra de pscrip.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Quelibet iusta causa impediens excusat vassallum.
2 Si vassallus poni fecit fratrem suum connassallum in carcere, potest priuari feudo.

¶ Detentus in carcere non petens renouationem in tempozean excusetur. Questio.lxxvij.

a **A detentus** in carcere excusari debeat, si recognitionẽ debito tẽpore nõ fecerit.ꝛ dic qõ sic,exigitur.n.hoc loco,vt vassallus ob eã cãm cadat dolus.c.fi.de pbi.feu.alie. p Lothar. vel cõtumacia in nõ petendo.d.c.j.quo tempo.mil. Bal.in.l. solẽnibus in fi.C.de rei vendi.Soci.cõsi.lxvj.col.antepe.circa fi.volu.iij.sed in carcerato dolus neqꝫ ꝙtumacia esse põt, cum nõ sit in sua potestate,qz a iudice ipeditus est arg.l. cõtumacia. §.penã.ff.de re iu.l.de vno quoqꝫ.§.l.sed ꝛ si p pretorẽ in princ. eo.titu.faciunt q̃ tradit Bar.in.l.ij.in fi.ff.de in ius vocan.ꝛ in consi.ccxxviij.circa fi.faciunt q̃ scribunt̃ p.d.Ma.soci.in rub. de dilatio.in.x.charta.col.iiij.p Jaso.in.d.l.ij.versi.vij.nota,ꝛ ꝛ in anc.res que colũ.vj.versi.adde tn.j.C.cõia delega.faciunt not.p scrib.in.d.l.ij.§.si quis in iudicio,maxime p Paul.cast. ꝛ Alex.ff.si quis cautio. ¶ Accedunt q̃ nota.Butri.in.c.significante in.iiij.not.extra de pigno.vbi determinat,qõ emphiteota detentus in carcere,q biennio,vel triẽnio ob illud impedimẽ tũ canonẽ non solvit nõ potest expelli vigoze.l.ij.C.de iu.emph. ꝛ.c.potuit.extra locati,tanquã legitime impeditus.qm̃ refert ꝛ sequitur Jaso.in.d.l.ij.col.xix.versi.xxj.quero ꝛ Becius cõsil. cxlvj.col.j.† quelibet.n.iusta causa ipediens excusat vassallũ, 1
vt inquit tex.in.d.c.fi.de probi.feu.alie.p Lotb.facit qõ scribit Soci.cõsi.lxxx.in qõe col.fi.lib.iij.Hipol.de marsi.in practica sua in.§.sequit̃ nu.xxxj.suadet̃ ẽt qm̃ sicut p mortẽ superueniẽt excusat̃ vassallus,vt supza cõclusum est,ita ẽt p carcerationem,que morte aliqm̃ equiparatur,vt not. Bal.in.c.j §.deniqꝫ,que sit.j.cau.benefi.ami.vbi cõcludit quod dr̃ parricida
2 non tãtũ qui procurat mortem,sed etiã malã captionẽ. ¶ †Et ideo si vassallus fecerit capi fratrẽ suum connassallum,ꝛ poni in carcere tirannico,poterit priuari feudo,sicut si illius mortẽ procurasset,sequit̃ Joan.de ana.in rub.de bis qui filios occidere. Hipoli.in.l.in criminibus in prin.nu.xxix.ff.de qõ. ¶ Putarẽ tñ hoc loco ipso iure currere tẽpus anni ꝛ diei,sed beneficio restitutionis in integrũ sibi succurri,qm̃ tale impedimentũ est facti,vt sepe dictum est,ꝛ vr̃ casus in.l.ij.C.ex quib.cau.maio.vbi Bal.not. ¶ Vtrũqd añt teneatur procuratorẽ mittere Bart. in.d.l.is q reus col.fi.ff.de pub.ind.sentit qõ sic,ꝛrium ipsemet sentit Bar.in.l.ij.ff.de in ius vocan.dic vt dixi.q.xlvij. ¶ Ampliatur ista conclusio etiam si carceratus fuerit sua culpa,nam si recognitionem non fecerit excusatur,qm̃ illud impedimentum carceris,licet secutum sit sua culpa,tamẽ culpa nõ inferebat ad hoc,sed ad aliud p not.per glo.in reg.imputari de reg.iur.lib. vj.ꝛ tex.in.l.ij.§.fi.vbi Bar.ꝛ alij.ff.si quis cautio. Pau.in.c. cũ inter.extra de excep.bene faciunt que.d.Fely.in.c.ex transmissa col.fi.versi.ꝛ nota.extra de prescriptio.bene faciunt que scribit Alb.brunus ꝙsi.xlv.col.ij.Et Prepositus i.d.c.j.col. v.versi.quod intelligite verus,quo tẽp.miles inuest.pete. deb.

¶ Vtrum pactum factum quod ob recognitionem in tempore non factam vassallus non cadat,valeat,ac vassallum minime petentem inuestituram excuset. Questio.lxxviij.

p **Pactum** factũ qõ ob recognitionẽ in tpe debito nõ factã vassallus non cadat a feudo,excusat ipsum vassallũ,si intra annũ ꝛ diẽ non recognouerit,valet.n.tale pactum arg.l.j.§.si conuenerit.ff.depos.facit regula.l.si qs in cõscribendo.C.de pactis, bene facit tex.in.c.j.§.est ꝛ alia,que sit prima cau.benefi.amit. ꝛ.c.j.de feu.nõ baben.propr.natu.feu.attendit̃.n.tenoz inuestiture.c.j.de duob.fratri.a capi.inuest. ¶ Et dicit Bal.ꝙsil. lxx.vol.j.quod potius inspicitur tenoz inuestiture feudi qꝫ natura feudi,natura.n.feudi est genus,inuestitura autẽ est species, que derogat generi,merito tenoz inuestiture derogat oi nature feudoꝝ ꝑm Bald.in.d.capit.j.de duob.fratribus.Afflict.de cisio.clxv.versi.xxvj.Curti.iunioz cõsi.j.in prin.inter ꝙsi.posita post trac.feu.ꝛ ita disputauit ꝛ cõclusit Mar.sillima.put refert Joã.and.in addi.Spec.in tit.de feudis in ꝯsi.extãt qões dñi mei. ¶ Aduerte tñ quod per tale pactũ nõ intelligit̃ actum quod non teneatur vassallus requisitus dictam recognitionem facere,probatur in.l.iiij.C.pe.fund.patrimo.lib.xij.

## ❧ SVMMARIVM ❧

1 Terminus legalis nõ currit impedito facto aduersarij.
2 Filius abstinens se ab hr̃ditate pr̃na desinit eẽ heres ipso iure.
3 Nõ est ꝯsimile qꝫ filiꝰ velit se abstineꝛ ab here.pr̃is opuleꝛa.

¶ Annus ꝛ dies an currant tñ ab adita heredi. Qõ.lxxix.

1 Ed vtrum ad hoc vt currat tempus anni ⁊ diei necesse sit, ꝙ successor dñi eius hereditatē adierit, vel successor vassalli adierit eius hereditatē, vel si est filius, qđ se immiscuerit paterne hereditati, ita qđ prius nō currat dictum tempus? considera primo respectu successoris dñi feudi morientis, quod si ipse successor in feudo non succedat dño, nisi heres eius. Tunc si heres extraneus est, ⁊ nō suus, certū est, quod nisi hereditatē dñi adierit non faciēdā prius ei recognitionē, ⁊ ideo nisi a die adite hereditatis nō currit vassallo dictus tēpus, cum per
2 eū vassallum nō stet. ¶ † Terminus. n. legalis facto aduersarij impedito nō currit, Bal. in. l. intra vtile in. iiij. not. ꝑ illū text. ff. de mino. tradit Old. consi. lxxiij. itē damus circa fi. facit bonus tex. in. l. ij. §. in oibus. ff. de iudi. quē ad hoc allegat in notabili casu. Are. consi. cj. in cā Geor. in prin. Si vero est de suis heredibus, vt qr filius est in potestate de quo in. §. sui inst. de heredum qual. ⁊ diff. tunc est dubiū, an ad propositū nostrum heres dici possit, anteq̄ paterne hereditati se immiscuerit, cuz beneficium abstinēdi habeat, ⁊ vr qđ nō, qm̄ ꝑ tale beneficiū cōcessum filio per pretorē, vr redactus ad instar emancipati. l. nā nec emancipatus. ff. de leg. j. l. eum qui. l. eū q bonis. ff. de acq. here. benefacit. c. iij. extra de pigno. pro hac parte vr. glo. in. l. cū dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. ¶ Et benefacit quod. d. glo in. l. ne cessarijs. ff. de acqui. here. ⁊ qđ ibi not. Bar. Bald. Ang. ⁊ alij q in effectu ꝙcludunt, qđ filius tanq̄ heres patris ante immixtionē ꝑ euz factā nō potest a creditoribus hereditarijs queniri, q̄ q̄ ipso iure heres sit, qm̄ ista obligatio sperat nouari si se abstineat, ⁊ ideo interi heres censeri nō pōt. l. pecuniā. ff. si cer. pe. ⁊ ob id concludunt, qđ interim male agit, ⁊ inconsulte per ipsos
4 creditores contra filiū, nisi prius constet ipsum fore heredē potissimū ſm Bal. bodie eo qr per ius ciuile dat filio beneficium abstinēdi a pr̄na hereditate allegat ad hoc tex. ꝑ sing. in. l. fi. §. si vero post q̄ versi. ⁊ hec quidē ibi ex pr̄mis legis auctoritate. C. de iur. delib. ¶ † Ex quo filius abstinēs se a pr̄na hr̄ditate ipso iure esse heres desinit. idē voluit in. l. si pr̄na. C. de his q̄ in fraud. cre. ⁊ in. l. j. C. de his q ante aper. tab. quod tetigit Ang. i sua repe. l. q se pr̄is. C. vñ liberi, sed hoc ꝑ nunc nō ꝓsequor. Bald. ēt in. l. j. C. si vt se ab here. absti. ꝙcludit inutiliter agi ꝯ filiū, anteq̄ se immiscuerit, sed aduerte qm̄ hec opi. nō vr ꝛa, ⁊ primo obst. tex. in. l. necessarijs. ff. de acq. her. vbi apte dr, quod filius teneat creditoribus hereditarijs vex in eū nō dat actio, si velit hereditatē derelinquere, ⁊ sic filius nisi expresse dicat se velle abstinere tenet ac creditox intētio fundata est, ⁊ facit qm̄ re vera est heres vt ibi tex. ꝑbat ⁊ in. §. sui inst. de her. qual. ⁊ diff. ⁊ in eo oēs effectus, qui sequi ex aditione solent effectū hnt, naz transmittit hereditatē pr̄is tanq̄ aditā, vt. l. si qs filiū. §. j. ff. de acqui. he. tabule pupillares ꝙfirmant, ⁊ cetera de quibus in. l. si filius q patri. ff. de vul. ⁊ pup. transmittit tñ cū eo bñficio abstinēdi qđ sibi cōpetebat, vt. d. §. j. ⁊ arg. l. cū antiquioribus. C. de iur. delib. cū itaq̄ heres sit dicēdū est creditores recte egisse, ⁊ habere eorum intentionē fundatā, qr vex est dicere, qđ ipso iure heres est, nisi expresse se abstineat, ⁊ cū oi alio respectu censeat heres. ergo ēt respectu creditox, cū eadē in eis sit rō, ⁊ si dicat, imo diuersa est rō in eis, qđ respectu ipsorū tractatur de incōmodo filij, videlicet vt eis obligef, facit. d. l. si filius qui pr̄i, rñdeo quod istud prouenit ex natura ⁊ ꝙsequentia ipsius suitatis, ⁊ imixtionis ⁊ repr̄sentationis, quā facit filius de patre ⁊ ꝙtinuationis dñij, vt. l. in suis. ff. de lib. ⁊ posth. ideo tenet. d. l. necessarijs, valet ergo ista cōdēnatoria in filiū prolata fauore creditox, q̄ q̄ non probauerint filiū expresse se immiscuisse, vex si filius simpliciter cōparuit in iudicio nō asserens nō ēt negans se heredē patris esse, poterit illusoriā reddere sniam ꝯ ipsum prolatā, abstinendo se nunc post prolationem sentētie a paterna hereditate, nā ꝑ ipsam sniam nequaquā perdidit beneficiū abstinēdi, casus est in. l. ex ꝯctu. ff. de re iudi. vbi aperte ꝑbat, quod valuit ꝙdēnatio ꝯ pupillaz, valet etiā abstensio, que fit postea ab hereditate paterna per tutorem filie, nec intelligi pōt, quod ibi filia fuerit immixta, imo si fuisset immixta nō posset postea abstinere bñficio pretoris mortui. Dicere aūt quod ibi se abstinuit beneficio pretoris vini est diuinare, ⁊ ista est vera medulla, ⁊ intrinsecus intellectus illius legis facit ēt tex. in. l. defendēte. ff. de aucto. tuto. cuius intellectus verus ex predictis declarat, q̄ q̄ glo. ibi ⁊ in. d. l. ex ꝯctu destruāt ⁊ varicinent circa illa iura, benefacit ad ꝑdicta tex. in. c. j. extra de solutio. Imputent aūt sibi creditores si cautius nō egerunt, ⁊ in limine iudicij interrogari nō fecerunt ꝑ iudicem filiū an effectualiter sit heres, pr̄is, ⁊ si eius hereditati se immiscuerit. iuxta. l. j. ⁊ ij. ⁊ l. si filius. ff. de interroga. actio. ⁊ qđ in simili dr in. l. si a te. §. j. ff. de excep. rei iud. nec obst. d. l. si pecuniā. ff. si cer. pe. qm̄ euentus ꝙdictionis ibi nō dependebat a volūtate partiū, aut alterius eax, hic aūt sic, ⁊ si recte perpēderis facit potius pro hac opi. Quod aūt teneat lata snia ꝯ filium non probata immixtione tz Bal. in. l. j. C. cōia de lega. Ange. in. d. l. si cū dotē. §. trāsgrediamur. ff. sol. matri. ⁊ facit, quod pulchre dicit Bal. in. l. cū hereditas. C. depositi, vbi dicit qđ stāte suo herede nūquā dici pōt hereditatē vacare, ⁊ ideo dari curator nō potest hereditati tanquā vacāti, ex his infero quod cū filius re vera heres patris sit, etiā si ꝑ mille annos staret ad imiscēdū se paterne hereditati, nō pōt dici quod tpe, aut vlla prescriptione pr̄iuef quin heres pr̄is sit, ⁊ quominus dicaf imixtus hereditati paterne, ⁊ sic illud dubiū, quo queriť in. l. licet. C. de iur. delib. an iuri adeundi prescribi possit cessat in filio hoc voluit glo. not. in. l. j. C. qñ non peten. par. licet Ang. ibi nitaf eā impugnare, qm̄ predicta ei incognita fuere ex quibus a sua impugnatione optime glo. defenditur. ¶ Sed an a bonis pr̄nis prescriptione excludi possit recurre ad. d. l. licet, ⁊ q̄ tradunť in. l. iij. ff. de acq. here. Utrū aūt tēpore aut prescriptione filius excludi possit a iure abstinēdi se ab hereditate pr̄na, nō prosequor modo, qm̄ est nimiū extranagans, videre tñ poteris not. ꝑ scrib. in. l. vētre. ff. de acq. here. Ad propositū nostrū nunc redeundo dico, qđ si mortuo dño feudi superstite filio in potestate, ⁊ ad quē vt heredē patris spectat ipsum feudū, vassallus nō facit debitā recognitionē intra annū ⁊ diem cadit a iure suo. d. c. j. quo tēp. mil. cū simi. qđ clarius procedit, qñ hereditas dñi est opulenta, aut locuples, prout in dubio presumitur, ſm glo. not. in. l. si duo. ff. de acq. here. ¶ † Nā non est
3 verisimile quod filius velit se abstinere ab illa, arg. l. cū de indebito in fi. ff. de probatio. Si vero agimus de successore vassalli, tunc si est agnatus aut extraneus, q vocanť ad feudū, quānis nō sint heredes vassalli defuncti, quod qñ sit dicā alibi. q. xiij. principali nr̄i tractatus vniuersalis feudi, dūt intra annū ⁊ diē nunerandū a die scientie mortis defuncti vassalli quod feudū ad eos pertineat, facere debitā recognitionē. d. c. j. quo tēpo. miles, ⁊. c. j. que sit prima causa benefi. amit. etiā si ad eos hereditas defuncti vassalli spectaret nec expectabiť, vel ꝙsiderabiť, quod hereditatē adeant, cū ad feudū nō veniant tanquā heredes ꝑ tex. not. in. l. an vitiū. §. ex facto. ff. de diuer. ⁊ tēpo. ꝓscriptio. Si vero ad feudū venire nō possint, nisi sint heredes vassalli, tūc cum istud dependeat ab eox mera volūtate, videtur dicendū ne ius dñi diutius stet in suspenso, quod habita sciētia mortis debeant infra annū ⁊ diē fecisse dictā recognitionē ꝑ predicta iura, idem multo fortius dicendū est in filio ipsius vassalli, nā vt supra dixi stati mortuo ipso vassallo, filius ipso iure heres est. Igitur recognoscere debet, ⁊ qm̄ heres est cū beneficio abstinēdi, si postea se abstinebit, ēt hoc respectu feudū nō assequeť ꝑ text. in. c. j. an agna. vel filius defunct. Bal. tamen in. c. j. de cap. conr. voluit contrarium, ⁊ quod dictum tempus incipiat currere a die imixtionis per illum tex. statuit terminum heredi, non dr aūt heres quoad onera, nisi prius facta immixtione. l. nā nec emācipatus. ff. de lega. j. sequitur Alua. in. d. c. j. in prin. col. fin. que sit pr̄i. can. benefi. amit. Guid. pap. decis. clxxv. Alex. ꝙsi. lxxix. in fi. vol. j. Jaco. de. s. Geor. in suo tract. feu. versi. q qdē inuestiti prestiterunt iuramētū fidelitatis. col. ix. versi. aduerte tamē vbi dicit, quod ita obtinuit in questione facti. Afflict. in. d. c. j. col. ij. post alios, quo temp. mil. Curti. in tract. fend. in quarta parte. in. xxiiij. causa prinationis feudi, sed hoc mihi non placet per. s. d. qr re vera est heres absq̄ imixtione, ⁊ heres cēseť ēt respectu onex hereditariox, vt dixi, ⁊ in eo verba legis verificanť, ergo ⁊ ipsa lex ⁊ eius mens. l. j. §. si is q nauē. ff. de exercito. l. ꝓtor ait. §. si qs cū simi. ff. vi bono. rapto. q̄ q̄ habeat bñficiū abstinēdi, quo si postea vti voluerit, ⁊ ex hoc capite ad feudū non admittetur per. d. c. primū in tit. an agna. vel filius. ¶ Bñfacit ad predicta, qm̄ filius qui se abstinuit, cōprehenditur appellatione heredis etiam in materia statutorum secundū Bar. Imol. ⁊ alios in. d. l. si filius qui patri, ⁊ ꝑ consequens, multomagis is filius q nō abstinuit, sed abstinere potest. Preterea quānis filius non possit hr̄e feudum, nisi habeat paternā hereditatē, vt. d. ca. j. an agna. vel filius, tñ illud feudum nō habet iure hereditario, ⁊ tā quā heres ſm gl. not. in. d. c. j. sed ex ꝓuisione legis. ergo illud beneficiū abstinēdi, quod ei dat tanquā heredi, attēdi nō debet ꝑ tex. not. in. d. l. an vitiū. §. ex facto. ff. de diuers. ⁊ tēp. prescrip. demum pro hac parte videť casus a contrario sensu in. d. l. licet. C. de iure delib. vbi filius se non immiscuerat bonis paternis, ⁊ tñ ꝙta scientem currit prescriptio, nec procedit glo. super verbo

ignorantes

ignorantes dum subandit verbū maxime, qm̃ illa subandiriō de strmit illū tex. ⁊ lōga esse differentia vī inter filiū sciēte ⁊ ignorā tē iuxta tradita in. d. l. ij. ff. de acqui. here. cogita tñ sup p̄missis.

¶ Si dominus post elapsum annuz ⁊ diem obsequium a vassallo recipiat, an ingratitudinem vassallo remisisse videat. Questio. lxxx.

e **Excusat** etiã vassallū ipsum, si post annum, ⁊ die elapsum absq; vlla facta dño recognitione, vassallus seruitiū dño exhibuerit, quod ⁊ ipse dñs acceperit, vel si renouationem innestiture petierit, quã dñs vltro fecerit, hoc etenim loco mozã, ⁊ ingratitudinis causaz dñs remisisse vr, facit. l. celsus, vbi gl. ff. de arbitris. l. fi. in fi. ff. de eo quod cer. loco. l. post diē. ff. de. l. cōmiss. l. ij. §. nō male. ff. de excep. doli. l. q in futuz. ff. de pactis cū simi. de qbus p gl. in. d. c. i. quo tpe. mil. que sequit hāc opi. cū qua ibi transit Jser. Bal. Alua. Prepo. ⁊ Mod. in. j. not. ⁊ in glo. vij. ⁊ oēs scrib. ⁊ in. c. j. in p̄in. que sit p̄i. cā bñfi. am. Jaco. de. s. Geor. in tract. feu. in verb. q qdē innestiti p̄stiterunt iuxm fidelitatis. col. x. versi. sed iuxta predicta dubitaī. Jmol. in. c. ij. extra de feud. Alex. qsi. xiij. nu. xv. vol. ij. ⁊ qsi. lxxix. col. fi. vol. j. ⁊ qsi. xl. vi so themate nu. x. lib. vj. ⁊ qsi. lx. col. iij. versi. ⁊ non dico vol. iij. Spec. in tit. de locato. §. nūc aliqua versi. xxiij. Rota decis. cc xxxij. Bal. in. l. in ipsius. C. fami. her. ⁊ in rub. C. de preci. iper. off. ¶ Faciunt q̃ scrib. idē Bal. in. c. q̃ in ecclesiaz. extra de cō stit. ⁊ in simili i. l. ij. C. de reb. alie. nō alie. vbi dicit qō q excep tiō nē omittit vī eā remittere. l. q̃ curatozi dat. §. j. ff. de p̄cu. ⁊ q re mittit vī donare. l. si quis delegauerit. ff. de donati. ¶ Facit qō. d. idem Bal. in. l. cōmissorie. C. de pac. inter empto. ⁊ vend. vbi creditoz recipiendo post diem sibi p̄eindicat, facit quod scribit Jser. in. c. j. de feud. sin. culp. non amit. Albe. bru. consi. cvij.

SVMMARIVM

1 An valeat protestatio facta absente parte, vel debeat intimari.
2 Protestatio respondentis libello animo non cōtestandi litem, impedit litis contestationem.

¶ Quid si dominus recipiens seruitutem de iure suo protestatus sit. Questio. lxxxj.

1 **Imitatur** precedens cōclusio, qm̃ dñs seruitiū recipiens, vel faciens renouationē innestiture protestaret, qō tale seruitiuz, vel fidelitatē recipiebat saluo iure suo, quo sane casu talis protestatio ꝙseruat ipsi dño ius expellēdi ipsum vassallū a feu. l. fi. C. de iur. dom. impe. l. ij. post p̄in. ff. ó eo qō cer. loco. c. diaconi. xvi. j. dist. ¶ Faciunt not. p gl. Bar. ⁊ Bald. in. l. ij. C. de iur. emph. vbi tenent qō si emphiteo. q p cessationē triēnij a solutione canonis expelli potest a dño. d. l. ij. soluerit postmodū pensionē, quã ipse dñs receperit, non pōt amplius a dño expelli, nisi dñs recipiendo pensionē futuri tp̄is reseruauerit p protestationem ius expellendi ipsum emphiteotam. ¶ Facit in simili quod tradit Bal. in tit. de pace ꝙstan. versi. linellarie, ⁊ Jac. alua. in. c. j. in p̄in. col. antepe. de prob. feu. alie. p Fed. vbi volunt, qō ⁊ si vassallus alienans feudū cadat ipso iure. d. l. imperialē, vbi doct. tñ si alienat saluo iure dñi sui talis protestatio releuat, vt nō cadat, idē Bal. in. c. j. §. donare col. fi. qualiter oliz feu. alie. pote. idē Bal. loquens in emphiteosi in. l. fi. C. de iure emphi. facit quod idē Bal. dicit in. c. j. §. hoc quoq; de succes.
2 feu. ¶ †Et cū talis protestatio sit tm̃ declaratoria voluntatis, ⁊ conseruatoria iuris protestantis dñi ét vassallo absente fieri poterit, neq; alia intimatio ei fieri oportebit, p not. p Bar. in. l. nō solū. §. morte, in mr̃ia protestationis declaratorie. ff. de oper. nou. nun. Bar. in. l. pōponius scribit si negociū. ff. de neg. gest. doct. in. l. alimenta p illū tex. C. de neg. gest. scrib. in. c. cū. Ab. ferrarien. extra de ꝙsti. ⁊ ita determinat Prepos. in. d. c. j. col. iij. ⁊ cū hac limitatione trāseunt oēs in. d. c. j. ⁊ Bal. in. c. q̃ in ecclesiaz. extra de cōst. ⁊ Jac. de. s. Geor. in loco allegato Ego aūt putarē hanc fallentiā minime verā esse, qm̃ talis protestatio est oīno ꝟria actui. s. receptioni seruitij, ⁊ cōfirmationi innestiture, merito talis protestatio nō debet iuuare ipsum ⁊ ñm protestantē. iuxta no. in. d. §. morte, ⁊ in. d. c. cū. m. facit optime quod scribit Socy. cōsi. iij. col. vj. lib. iij. vbi inqt quod si vassallus iurās fidelitatē alicui dño protesteī, quod nō facit aio recognoscendi eū in dñm, quod talis protestatio ꝟdicente dño non iuuat, si hoc locū obtinet pariter in dño arg. c. j. qual. dom. prop. feu. p̄iue. c. j. in fi. de foz. fidel. ¶ Accedat qō volūt Car. But. ⁊ Jmol. in. c. potuit. extra locati, vbi determinant ꝟ Bar. in. d. l. ij. qō si dñs receperit pensionē ab emphite. lapso triēnio p futuro tpe, quod videaī remittere ius expellendi eū, etiã quod recipiendo protestatus sit de iure suo, qm̃ inquiunt, qō talis protestatio est ꝟria facto sequit Jaso. in. d. l. ij. col. xiij. nu. cxxvj. idē est in alienante feudū cū reseruatione ꝙsensus dñi ꝑm Beciū ꝙsi. clx. col. iij. versi. preterea dato vol. j. vbi. d. eē cōem, ⁊ vltra cū Roma. sing. dxiij. quod si vassallus, Fel. in. c. cū ꝙrigat. col. iiij. de offi. deleg. Berta. in tracta. de gabella, in. j. parte. q. xiij. Cepolla cautella. xlv. preterea hoc loco nō debet ꝑdesse protestatio aduersus ꝙfirmationē innestiture ⁊ p̄stationē seruituris in quo facto interuenit volūtas dñi ⁊ vassalli, qm̃ p̄testatio ꝟria facto in dependentibus a ꝙsensu duoz, nō valet nō accedente ꝙsensu alterius, vt ꝑbat Panoz. ⁊ alij in. d. c. cum. m. ⁊ doct. in. d. §. morte, nō obst. iura in ꝟriū allegata, nā loquuntur, vbi actus sunt cōpatibiles, ⁊ qm̃ dependent a solius voluntate, hic aūt sunt incōpatibiles, nec pendent a solius voluntate, nec est vez quod. d. Bar. in. d. l. ij. vt dixi Minus vez credimus, quod dictū est de vassallo alienante feudū cū protestatione iuris dñi, qm̃ illa nō releuat a caducitate, vt dixi, ⁊ voluit Bal. in. c. j. §. fi. col. fi. versi. sed pone p̄z, que sit p̄i. cau. benefi. am. ⁊ in. l. j. col. pen. versi. q̃ro qd si ꝑhibita. C. de his q̃ pene noie relinq. Abb. in. c. ij. circa fi extra de feu. Hosti. Joā. an. Car. Anto. Jmol. in. c. eā te. extra de iurem. late p Fel. in. c. q̃ in ecclesiā nu. lxxxv. extra de cōstitu. ⁊ ꝑdicta faciunt not. p Bar. in. l. si qs extraneus in p̄in. p illum tex. ff. de acqui. here. nullo ét pacto admitti puto qō Prepositus superius determinauit, talē. s. protestationem vassallo minime intimandā esse, qm̃ imo intimādā dicimus, tū qz aggrauat illū, vt tradit Bar. ⁊ alij in. d. §. morte, tum ét qz hoc nō pendet a sola voluntate ipsius dñi, vt vassallus excludaī, sed hoc iudicis snia cā cognita terminandū est, vt. s. tradidi igiī ipsi vassallo intimari debet, q̃ veniet forte ad iudicē iustā causam excusationis allegaturus. ¶ Supioze tñ limitationē scribētiū haud dubie esse verā puto, si vassallus ei protestationē consentiret, vt est tex. vbi Bar. in. l. fi. §. itē si predixerit. ff. naut. cau. stabul. vt recep. rest. cōsidera tñ si hec limitatio saluari possit in eo casu, qm̃ vassallus p̄stat aliqō seruitiū ꝙsnetū dño puta cōmitari illum apud p̄incipē vel simile, nā talia seruitia p̄stari pñt a vassallo dño cōtēplatione feudi, pnt ꝑstare ꝙsueuerat, ⁊ in dubio ita cōiter interpretaret, possent ét huiusmodi seruitutes ⁊ ope ab amico gratuite ꝑstari vel mediāte mercede, prout cōiter fieri videmus sic igiī cū tale factū sit multis modis intelligibile sequitur pulchra ꝙclusio, quod protestatio ꝟria facto multipliciter intelligibili, valet ⁊ operat quod factū intelligat ꝑm sensum protestationis. l. ne sennius. ff. de nego. gest. l. sed ⁊ si qs. §. pleriq;. ff. de relig. ⁊ sump. fu. ¶ †Et ideo dñi docto. qō protestatio rñdētis libello aio nō litem ꝙtestādi se rñdere, ipedit litis cōtestationē, q̃ ex rñsione alias inducta fuisset, tollit eni talis protestatio cōem intellectū a facto ⁊ operat, quod ꝑm aliū intellectū factū interpretet, ⁊ sic respōsio potius facta videbiī aio instruēdi iudicē q̃s litē ꝙtestandi, ita determinat Pan. ⁊ alij post Jnno. in. d. c. cū. Ab. ferrariensis. Bar. ⁊ alij in. l. j. C. de litis cōtest. ⁊ in. c. i. extra eo. ti. Barbesi. notab. suo. lxiij. nota cautellam Hipol. de marsi. in. l. extraneo quoq; §. custodie nu. xxxiij. ff. de questionibus in proposito ideo nostro talis protestatio operabitur, vt intelligatur receptum seruitium non respectu feudi, sed eo modo quo aliter interpretari poterit cogita tamen.

SVMMARIVM

1 Bñs recipiens pensionē ab emphi. q̃ ceciderat ab emphiteosi nō p̄eiudicat sibi quin possit euz expellere, si iuste ignorabat ipsum cecidisse, alias sic.
2 Si dñs recipiat seruitium ab vno ex heredibus tantum, nunqd poterit aufferre alij qui non seruiuit.

¶ Quid autem si in iusta ignorantia fuerit. Questio. lxxxij.

1 **Imitatur** secdo predicta ꝙclusio, vbi dñs p iustā ignorantiā talē seruitutē, ⁊ fidelitatē recepisset, ⁊ cōfirmasset vassallū, qm̃ nemo iuri, quod ignorat renunciare videtur. l. mater decedens. ff. de inoffi. testa. l. nec ignorans. C. de donatio. l. ex

maleficijs. §. longe. ff. de actio. & obli. l. cum aquiliana. ff. de transact. plene not. in. l. q Rome. §. duo fratres. ff. de verb. ob. l. fi. §. idē quesiuit. ff. de qđ. inde. hoc tñ intellige in iusta ignorantia, & nō supina, & dī habere filius succedens, vel alius dño mortuo satis iustam ignorantiam, quod vassallus ceciderit arg. l. q in alterius. ff. de regu. iur. ¶ †Et pro hac limitatione faciunt, que tradunt p Binū, Bar. Bald. & Jmo. in. l. meuins. §. duobus. ff. de lega. ij. vbi distinguunt in dño recipiente pensionē ab emphiteota, qui ceciderat ab emphiteosi inter scientē, & ignorantē, & inter ignorātiā crassam & iustā post Cyn. in. l. ij. q. iiij. C. de iur. emph. Hippo. de marsi. in. l. q falsam monetā, nu. xcij. ff. ad. l. cornel. de fals. & in. l. q ignorans nu. xlij. eo. ti. ¶ Aduerte tñ circa predicta, qm̄ Moder. neapo. in. d. c. j. col. iiij. quo tempo. mil. sentit dñm posse remittere dictā culpam & moram vassallo qñ feudum est applicandū ipsi dño, secus si agnato proximiori in cuius preiudiciū hoc posse facere minime vī, quod antea sensit Prepos. in. c. j. col. ij. de vassal. decrep. etat. quod tñ nos falsum existimamus, qm̄ nullum prorsus habent ius agnati, nisi secuta voluntate dñi volentis eū priuare feudo, vt superius dixi. ¶ Sed iuxta premissa quero, qñ dñs remittit dictā moram, an dicat nouū feudum, ita quod desinat eē antiquū, vel maneat in antiqua sua natura, dic quod remanet in eadē natura maxime si remissio facta sit ante priuatiuā sententiā, ita cōcludunt Jser. & alij scribent. in. c. j. de vasal. decrep. eta. & in. d. c. j. quo temp. mil. facit qđ not. glo. in. l. quod dī. ff. de impen. in reb. dot. fact. facit. l. si vnus. §. pactus versi. qđ si pactum. ff. de pactis Pau. de cast. qsi. cliij. quod istud feudū Bal. in. l. imperialem. §. insup de prohib. feu. alie. p Fede. & ideo hoc loco nō est necesse petere investituram infra annum & diē post remissionē, nisi iam dño incorporatū fuisset feudū, vt voluit Jser. in. c. j. §. sed & res, vbi Aflict. col. xiiij. p quos fiat inuest. & confirmant predicta p Alex. qsi. xxix. col. fi. lib. v. referendo Bar. in. l. si mihi & titio. ff. de verb. ob. & bal. in. l. vnica. C. qñ non peten. partes, & idē Bal. in. l. j. q. xxv. ff. de rer. din. Albe. de ro. in. l. quod dī. ff. de ver. ob. preceptor meus honorandus dñs Ludo. gonza. consi. lxxxiiij. colum. j. versi. iiij.

2 ¶ †Quid autē si dñs accepisset ab vno ex heredibus seruitiū, & ab alio nō, nunquid possit dominus auferre ei, qui non seruiuit, vide per Bal. consi. trecentesimoprimo in prima parte.

fi. Debet etiam tale esse impedimentum, vt excuset continuum toto tempore anni & diei, absorbere enim debet totum illud tempus, alioquin si postea adhuc durante tpe petendi renouationē investiture cessaret illud impedimentū, deberet vassallus adire dñm petendo investituram fidelitatem pollicendo, sin autem lapso tempore expelli posset, p ea que not. Butr. Abba. Jmo. & alij in. c. ex ratione. extra de appel. Semi. post Joan. and. in. c. cupientes. §. si p viginti de elect. lib. vj. Cyn. in auct. ei qui. C. de temp. appel. Ange. areti. in. l. j. §. dies col. v. ff. qñ appel. sit. Ang. consi. cccix. in proposita questione, & in consi. cxxxvj. quidā Matth. doc. in. d. c. j. maxie Prepo. col. v. quo tēp. miles.

¶ Utrum iusta causa impediens ex post facto ideſt post ceptū cursum anni & diei interueniens excuset. Questio. lxxxiiij.

q Quero an quemadmodū iusta causa impediēs vassallū existens in principio cursus anni & diei excusat ipsum vassallum, ita etiaz si aliquod iustum impedimentū superueniat ex post facto post ceptū cursum anni & diei excuset, pone post lapsum decimū mēsem superuenisse pestem in loco, vel aliam iustam causam excusationis, & concludēdum est, quod sic pro tempore, quo durat ipsum impedimētum per not. per Bal. in extrauaganti pacis cōstantie in versi. vassalli nostri. per Marti. lauden. in. c. j. de vasal. qui contr. cōst. Lotb. feu. alie. Albe. in lege preses. C. de appellatio. Cardi. consi. cxxviij. & ex mente omnium scriben. in. d. c. j. maxime Prepos. colum. v. quo tempore miles inuest. pet. ¶ An autem cessante tali impedimento iterum sibi cōcedatur integrum tempus anni & diei, An vero fiat restitutio tātum pro rata tpis, vide que dixi superius questio. quadragesimanona.

## SVMMARIVM

1 Si vassallus non tulit opem domino perituro omnino, excusat.
2 Mendacium qđ non nocet non est punibile.
3 Frustra fit, qđ factum non relenat.
4 Excusatur reus qui non comparuit die feriata, quia actor non intererat.

¶ An impedito vassallo facere in tempore recognitionem sufficiat allegare impedimentum, vel docere debeat de eius diligentia. Questio. lxxxv.

v Utrum impedito vassallo facere recognitionem in tēpore ob iustā causam si cōueniatur a domino tanquam ingratus, sufficiat tātū allegare iustum impedimētū, quo detentus fuit pro sui excusatione. docto. cōmuniter concludunt quod nō, nisi etiaz probet de eius diligentia, ita quod cōstare debet, quod ipse erat in procinctu petendi investituram, & quod omnino petiturus erat nisi impeditus fuisset, ita tradit Jnno. & omnes in. c. ex transmissa. extra de prescriptio. glo. in. c. cupientes. §. quod si per. xx. in verbo proposita de elec. lib. vj. & vī tex. in. l. qui cōmeatus, & ibi not. Bar. ff. de re mili. Bar. in. l. pses. C. de appel. Bart. & alij scrib. in. l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautio. bene facit tex. in. l. sed & si p pretorem. §. si ferie. ff. ex quib. can. maio. ibi bi dies restituunt, qbus agere voluit & impeditus est. Alex. consi. xlix. in spectis & ponderatis. lib. ij. Anto. de but. in. c. non liceat. colū. vj. extra de prescrip. not. doct. in. l. quibus diebus in prin. maxime Bald. ff. de cond. & demō. Pano. in. c. sciscitaturus, & in. c. plerunq; extra de rescriptis cū aljs cōcordan. adductis p Fel. in. d. c. ex trāsmissa, & Jas. in. d. l. ij. §. quod diximus, & scrib. maxime Prepos. in. d. c. j. col. v. versi. aliud insuper requirit, quo tempo. mil. suadet p decisionem And. iser. in. d. c. j. qui voluit quod si dñs feudi communiter reputatur mortuus quod & ipse vassallus credebat, qui tñ recognitionē nō fecit infra annū & diē successori dñi, quod si dominus reuertatur, qui re vera non erat mortuus, quod tamen per hoc non excusatur vassallus quin feudum amittat. Ecce ergo quod licet illa recognitio nullius effectus fuisset existente domino viuo tñ qsiderata illius negligētia venit condēnandus, pariter dicamus nos quod & si talis conatus vassalli nullius effectus pp impedimentū fuisset, tñ si nō secerit ratione cēptus & negligentie excludēdus a feudo videat. ¶ Accedat qđ determinat Bal. in. c. j. in prin. qbus mo. feu. amit. vbi qcludit quod si vassallus defernerit dñm in plio q nullum exinde damnū passus est, imo victor extitit quod feudo pri-



## SVMMARIVM

1 Ultra potentiam nil possumus.

¶ An quelibet iusta causa impeditiua excuset vassallum nō petentem investituram infra annum & diem. Questio. lxxxiij.

c Concluſiue dicēdū est, quamlibet iustam causam impedientē excusare vassallum, si infra annū & diem investiturā non petierit, p tex. in. d. c. fi. de prob. feu. alie. per Lotha. vbi tex. requirit. qđ dolose cesset a faciendo dictā recognitionem, & ꝓꝓ tex. in. d. c. j. quo temp. mil. explicet tñ quasdā iustas causas, tñ illa exempla nō restringunt illā clasulam generalē antea positam, nisi iusta causa interuenerit, quare nō petierit. l. damni infecti la. ij. §. fi. ff. de dam. infec. l. quesitū. §. si quis fundum. ff. de fund. instr. eo maxime, qm̄ tex. in. d. ca. fi. generaliter loquit de quauis iusta causa impediente, facit tex. in. l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad. l. rod. de iactu. sicut ēt dicimus, quod vassallus tenet prestare seruitium, si potest illud prestare, alias excusat, vt not. And. iser. in. c. j. §. sed nec est alia, & in. §. sed qui delator, que sit pri. cā. benef. am. & in. c. j. in fin. An ille qui interfecit fratrē dñi

1 sui. ¶ †Quoniā vltra potentiam nihil possumus, nā necessitas legem non habet. l. j. C. de oper. lib. c. quanto. extra de qsue. ca. consilium de obseru. ieiu. c. remissionem. j. q. j. lex enim excusat necessitate insurgente, vt. d. glo. in. l. j. ff. de offi. cōs. & facit licitū illicitus. c. mutationes. vij. q. j. Et ideo dici solet, quod qui fecit quod potuit, legem adimpleuit. tradit Luc. de pen. in. l. curiales. C. de decurio. lib. x. Mod. neapo. in. c. si quis miles in quinto nota. de seu. sin. culp. non am. ¶ Illud tamen non omitto talem iustam causam impedientem, ita demum excusare, si effectu aliter ipsum vassallum impediat, quominus petere renouationē investiture non possit, naz si facile tale impedimentum reparari posset, ei vassallo imputandum foret, per ea que tradit Bart. & Bald. in. l. quibus diebus in prin. ff. de condi. & demon. Jmo. in clem. ij. de eta. & qua. bene facit tex. & quod ibi not. Bar. in. l. q cōmeatus. ff. de re mili. & adde que dixi supra questio. xxvj. circa

uabit, nõ etenim cõsiderat, quod secutũ est, sed eius tantũ negligẽtia. facit in argu. tex. in. l. si qs seruo psuaserit. C. de furtis, et not. p doct. in. l. j. §. j. ff. si quis test. lib. esse inf. fue. cũ igit hec negligentia sibi noceat nõ obstante existẽtia ꝛ supernueniẽtia impedimẽti, debebit vassallus probare, ac docere de illius diligẽtia, vt excuset. In cõtrarium quod immo ꝛ si fidelis talẽ diligentiaz nõ adhibuerit interueniente iusto ipedimẽto quod excuset, ꝛ cõsequenter nõ esse necessarium probare de diligẽtia, sed sufficere allegare iustũ impedimentũ supernenisse in tẽpore petendi inue
1 stituram, facit primo quod tradit Bal. in. l. si quis in graui. ff. ad senatusco. silleia. vbi cõcludit, quod † si vassallus nõ tulerit opẽ domino omnino perituro quod excusat p text. in. l. si alius. §. est autem alia ibi edibus perituris. ff. quod vi aut clam. cõfirmatur, per id quod tradit Petrus de anch. consi. xxxiij. vbi dixit do-
2 lũ ꝛ falsitatẽ nõ nocentem nõ puniri. † facit quod scribit Bald. in fi. ff. quod falso. auto. Bar. ꝛ cõmuniter scribit per illum tex. in. l. damus. C. ad. l. cornel. de falsi. vbi concludunt quod mendacium, quod alicui nõ nocet non est punibile, facit preterea optimus tex. in. l. fi. §. fi. ff. quis ordi. in bono. possess. ser. ibi, sed quid noceat non petitam bonorum possessionem, que si petita fuisset non tamen acquireretur, vbi tantummodo cõsideratur effectus per quem tex. ita tenuit Pan. cast. in. l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautio. cui sane tex. nõ satisfacit solutio Alexã. in dicto §. quod diximus, vt recte considerat Philip. decius in. c. ex ratione colum. vndecima. extra de appella. ¶ Facit tex. in. l. fi. §. primo. ff. ad. l. rodiam de inst. vbi nauta qui transtulit merces in nauem deteriorem ⁊ voluntatem domini, non tenetur, si vtraqz nauis periit, ꝛ sic patet quod nauta excusat, propter casum supuenientem, licet culpa eius precesserit. per quem tex. ita etiã determinat Fulg. in dicto §. quod diximus, cui nec etiam cõgruit responsio Alexan. ibi vt animaduertit Decius, loco predicto. ¶ Accedat quod tradit glo. in. c. j. in prin. quibus modis feu. amit. vbi inquit quod si vassallus inhabilis, puta qui habet abscissa brachia non prestiterit opem domino in bello, sed fugerit, quod nõ priuatur feudo, quoniam nõ intererat domini vassallũ amplius stetisse posteaquã adiuuare non poterat. l. si plures. C. depositi. ¶ Sic etiam dixit Aluaro. in capitulo primo §. item si dominũ que sit prima causa benefi. amit. quod vbi nõ est possibile, quod vassallus possit adiuuare dominum, nõ punietur vassallus si non prestitit adiutorium. post Jaco. ardiz. in. l. omne delictum. ff. de re militari. In proposito igitur nostro nõ videtur interesse domini etiam si non adhibuerit diligentiã in petẽdo renouationẽ, que ꝛ si facta foret nihil operatur. ¶ Optime facit. l. hec stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. caue. l. non cogendum. §. fabinus cuz similibus. ff. de procurato. vbi frustra fit quod factũ haud relenat, ꝛ in terminis nostris innuit tex. in dicto cap. fi. de probi. feu. alie. p Loth. ibi. ¶ Bolus enim abesse videt si iusta causa impediente steterit, põdera verbum steterit, quod innuit,
3 quod ꝛ si nullum actum diligentie fecerit, sed tantum steterit nõ petendo, quod excusatur. ¶ † Bene facit tex. in. l. secũda. in fi. ff. si quis in ius voca. non ierit, vbi excusatus fuit reus qui citatus pro die feriata non comparuit, quoniam actor nõ interfuit, ꝛ sic ibi negligentia non considerat, ex quo diligentia nõ profuisset. ¶ Optime facit, quod scribit Barto. in. d. l. secunda in fi. ꝛ in. l. fin. §. sed ꝛ si stipulator, el primo. ff. de eo per quẽ factum erit dum vult quod si reus non comparuit in die citationis, qz actor illa die fuit impeditus, excusat reus, ꝛ sic nõ attẽdit illius negligentia, quãdo etiam diligens nihil fecisset. ¶ Facit etiam quod dicit Barto. in. l. secunda in princ. colũ. quarta. ff. qui pet. tuto. dum vult quod quis non tenetur facere, quod factum nihil relenat. ¶ Hanc cõtrouersiã sic terminandã puto. Aut hoc impedimẽtũ cõstabat ab initio antequam inciperet currere annus ꝛ dies, ꝛ hoc loco distinguo, aut vassallus sciebat hoc impedimentum subesse, ꝛ tunc etiã si diligentiã nõ fecerit, non est quod sibi imputetur, ad quid enim perditio hec ? ꝛ facit tex. in. d. l. fi. §. fi. quis ordi. in bono. possess. ser. secundũ intellectum Alex. in. d. §. quod diximus, aut ignorabat, ꝛ tũc dico, quod si permittat labi annum ꝛ diem, quod poterit excludi, quoniã nõ petijt immediate propter impedimẽtum, sed steterit propter negligentiam suam, quontam quoad ipsum vassallum nõ extabat illud impedimentũ, quod ignorabat subesse, ꝛ ad hoc, vt vassallus excuset, necesse est quod impedimentũ sit causa imediata, quare non petierit, probat tex. in. d. ca. fi. ꝛ in dicto capit. primo ibi nisi iusta causa interuenerit, quare non petierit, quo tempo. miles, facit bonus tex. in. l. antepe. ff. ex quib. can. maio. vbi absens causa Reipub. solum restitutionẽ habet pro dãno, quod passus fuit pp absentiã immediate, ꝛ nõ pro illo dãno, quod ẽt nõ obstãte absentia habuisset. Aut hoc impedimentũ cepit interuenire ex post facto, idest post ceptũ cursum anni ꝛ diei, ꝛ tunc distingue, aut vassallus potuit preuidere hoc impedimẽtũ, aut nõ. primo casu subdistingue, aut vassallus cõmode recognitionẽ ante impedimẽtum supernenies facere potuit, ꝛ sic occurrere ipsi impedimento, ꝛ isto casu si nõ fecerit, nõ vr excusandus p text. in. d. l. secunda. §. quod diximus. versi. si quis tamen cum posset. Aut nõ poterat commode facere hanc recognitionẽ, ꝛ tunc aut se adeo restrinxit in fine anni ꝛ diei, ita qꝫ etiam absqꝫ impedimẽto implere nõ potuisset debitam fidelitatẽ, ꝛ tunc nõ excusatur, vt est casus in dicta. l. qui cõmeatus. secundũ vez intellectũ, aut minime, ꝛ tũc excusat, qz nõ est quod sibi imputet. secũdo casu qñ nõ potuit preuidere impedimentum, ꝛ tunc etiam puto, quod nisi constet de illius diligentia, quod nõ excusabitur, qz dato, quod impedimentum inesset, ob quod nõ facere posset recognitionẽ etiam si vellet, tamen ex quo hoc loco illius negligentia est causa immediata, vt dixi in primo casu non excusat. Attẽdit enim animus vassalli, bene faciunt que scribit Andr. iser. in. d. c. primo cum aliis supra deductis, ꝛ que scribit Philip. deci. in dicto. c. ex ratione. quem omnino vide.

## SVMMARIVM

1 Ablatiui absoluti faciunt conditionem.
2 Impedimentum pestis ꝛ guerre an excuset impeditum, qui non fuit protestatus.
3 Omissio solennitatis inducte ex cõsuetudine annulat actum.

### ¶ Impeditus facere recognitionem an teneatur protestari. Questio. lxxxvj.

q Uero preterea an vassallus impeditus recognoscere dñm ex iusta cã infra annum ꝛ diẽ, teneat infra illud tempus protestari, quod recognoscret dñm in tẽpore pfixo a lege, nisi foret iusto impedimẽto detentus, alioquin nisi fecerit talẽ protestationem, nõ videat excusandus ẽt si ex post docuerit se omisisse rõne impedimẽti. ꝛ vr dicẽdũ quod sic p tex. in. c. fi. in versi. protestatione facta. extra de appellatio. põderãdo dictionẽ dũmodo, que est in futurũ suspensiua, ꝛ sic facit conditionẽ, vt not. Bar. in. l. si qs, ita p illũ tex. ff. de cõditio. ꝛ demõstratio. in. l. prima col. septima, ꝛ in. l. quibus diebus. §. fi. ff. eodẽ titulo, põderãdo etiam
1 quod tex. loquit p ablatiuũ absolutũ † qui facit cõditionẽ, doct. in rub. ff. solu. matri. ex quo videt inferri necessariã fore protestationẽ, ad idẽ facit. l. fi. C. de his qui p metuz ind. nõ appellant. l. secũda. ff. de nau. feno. l. mulier. ff. de lege cõmisso. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ff. de oper. no. nunciatio. l. cum quidã. l. sciendum. ff. de appellatio. c. pastoralis de offi. ordi. l. fi. C. de vsur. pupilla. c. placuit el secundo. §. penul. versi. is autem. decimasexta. q. tertia. l. vt perfectius. C. de anna. exceptione. l. fi. C. de episcopo. audiẽti. ꝛ quod protestatio necessaria sit voluit Bar. in dicto. §. si quis ipsi pretori in. l. itẽ illa col. secunda. ff. de cõsti. pecu. glo. in. c. cupiẽtes. §. quod si per viginti. in verbo proposita. de electio. lib. sexto. vbi determinat quod impeditus explicare actum in termino tenet de impedimento protestari, ne de negligentia annotetur. ꝛ infert Semínia. quod si appellans qui non habet copiam iudicis, nõ protestetur de impedimento, appellatio remanebit deserta sine spe restitutionis, sequitur Alex. qsi. decimonono, viso processu. colũ. prima in fi. libro primo, ꝛ cõsi. clxiij. viso processu colum. fi. libro secundo in. l. properandũ. §. finantem. C. de iudic. ꝛ consi. cxiij. colum. prima in fi. ꝛ sequen. libro quinto sequitur etiam glo. in. c. primo. c. plerunqꝫ in. c. finantem. extra de rescriptis. Anto. de but. in. c. cũ non liceat extra de appellatio. Panorm. in capitulo ex transmissa. extra de prescriptio. Alberi. de rosa. in. l. si presens. C. de epõ. audientia. Pau. cast. in. l. ad diẽ. ff. de verbo. obliga. in. l. si reus. ff. de procurato. glo. in. d. capitu. fina. extra de appellatio. Bal. in. d. l. properandum. §. finantem versi. querit glo. hic, ꝛ in dicto capi.
2 plerunque colum. j. per glo. ibi. ¶ † Facit quod scribit Alexã. cõsi. cliij. viso themate suprascripto lib. vij. vbi cõcludit quod impedimẽtũ pestis ꝛ guerre, nõ excusat impeditũ a curiu prescriptionis, nisi fuerit de ipedimẽto ꝓtestatus, ꝛ ab hac opi. duxẽt recedere in praxi ꝑm Jaso. in. d. §. si qs ipsi ꝓtori. ¶ In ꝯriũ quod imo ꝓtestatio minime necessaria videat, sed sufficiat ex post facto qualitercũqꝫ docere de ipedimẽto, facit tex. in. d. l. ij. §. fin. ff.

